Blitt
Italy.
Archivio

REGII NEAPOLITANI ARCHIVI

MONUMENTA.

REGII NEAPOLITANI ARCHIVI

MONUMENTA

EDITA AC ILLUSTRATA.

981 — 1000

NEAPOLI

EX REGIA TYPOGRAPHIA.

M. DCCC. XLIX.

VOLUMEN SECUNDUM.

981-1000.

NOMINA EORUM

QUORUM OPERA MEMBRANAE ILLUSTRANTUR AC EDUNTUR.

ANGELUS GRANITO, Castri abbatis Marchio, Belmontis Princeps regius intimae admissionis Cubicularius, in Regni Procerum Senatus adlectus, universis Regni neapolitani Archivis Praefectus, Herculanensi, Pontanianae, aliisque academiis adscriptus etc. etc. etc.

MICHAËL BAFFI, Artis diplomaticae in regio neapolitano Archigymnasio professor, et priori Magni Archivi Officio praepositus.

JOSEPH GENOVESI Ordinis Francisci I. Eques, herculanensium papyrorum Interpres, ac regiae earumdem officinae Praefecti vices gerens, herculanensi academiae adscriptus, Generalis Archivorum Praefecturae a Secretis, et in cathedra palaeographiae regii neapolitani Archigymnasii professor substitutus.

JANUARIUS SEGUINO, in regio neapolitano Lyceo graecae ac latinae litteraturae professor, et quarto Magni Archivi Officio praepositi vices gerens.

JOSEPH CANONICO, in Almum Theologorum Collegium Regii Neapolitani Archigymnasii cooptatus, Sacrae Scripturae, necnon linguae graecae et hebraicae professor in Archiepiscopali neapolitano Lyceo, Cleri Neapolitani examinator.

CAROLUS GUACCI, in Magno Archivo prioris classis Officialis, et huiusce societatis ad membranas edendas conflatae a Secretis.

Membranis exscribendis, aliisque lucubrationibus diplomaticis ad hoc opus spectantibus dant operam

Hieronymus d'Alessandro,
Joseph Pocobelli,
Gabriel Giordano,
Michaël Giordano,
Nicolaus Buccino,
Joseph del Giudice,
Januarius Russo,
Joseph de Flora,
Raphaël de Antonellis.

CLXXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo primo sed et constantino magno imperatore anno hoctabodecimo die undecima mensis martii indictione nona neapoli: Certum est nos stephano et aligerno uterinis germanis filiis quondam domini iohanni una cum consensu domina maria honesta femina genitrice nostra: A presenti die promittimus tibi angelo filio quondam odi abitator in loco qui nominatur casa aurea raviosa: propter integre dues parte de terra nostra que nominatur cesumeruli posita at padule qui indivisum reiacent cum una tertia de terra tua que tu comparata habes per chartula comparationis: una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus et coheret sivi insimul ab uno latere terra que nominatur cabalione quomodo fossatus exfinat: et de alio latere coheret terra landelfrida iudices et de uno capite coheret terra papari langobardi et de alio capite coheret terra de ominibus de pastoranum quomodo fossatus exfinat: quas vero memoratas duas partes de memorata terras tibi tuisque heredibus dedimus at responsaticum detinendum in eo vero tinore: ut in tua tuisque heredibus sit potestate tenendi et dominandi seu frugiandi et super te recolligendi unde nulla parte tibi tuisque heredibus non queramus per nullum modum: tantumodo tu et heredibus tuis nobis nostrisque heredibus dare et atducere debeatis omni annue in sancte marie de augusto mensis idest triticum bonu siccum modia dua tractum paratum usque ante regia domui nostre mensuratum at modium iustum de commedendum sine omni ammaricatione et omni annue atducere debeatis tu et heredibus tuis nobis nostrisque heredibus da post vindemias usque in natibitate domini sive tres palumbi aut viginti merule et curdi sine omni amaricatione: et non abea- an. 981.

mus licentia nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus illos tollere per nullum modum dante et atinplentes omni annue memoratum responsaticum et memoratum asenium super legitur: Insuper stetit nobis ut si memoratum responsaticum non atduxeritis post festivitate sancte marie dies octo de agusto mensis et nos illunc at pignorandum venerimus tu et heredibus tuis nobis et at caballis nostris manducare et bivere dare debeatis ut iustum fueris: insuper nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus exinde ab omni ommine omnique persona a partibus militie neapolitanorum et a partibus langubardorum antestare et defensare debeamus et quandoque tu et heredibus tuis nobis nostrisque heredibus illos abrenuntiare volueritis licentia abeatis: quia ita nobis stetit: si autem nos vel heredibus nostris aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc conponimus tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus iohanni scriptoris discipulo domini sergii tabulario per memorata indictione †

hoc signum † manus memorato aligerno quod ego pro eu subscripsi †

† ΕΓΟ CΤΕΦΑΝΟΥC CΟΥΒ †

† ego iohannes filius domini marini prefecti et fortioris civitatis surrentine rogatus a suprascripta persona testi subscripsi †

† ego aligernus filius domini cesarii rogatus a suprascripta persona testi subscripsi †

† ego marinus filius domini sergii rogatus a suprascripta persona testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi die et indictione memorata nona †

CLXXXIV.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo primo: sed et constantino magno Imperatore anno octabodecimo die quinta mensis magii indictione nona neapoli: Per suum denique dispositum disponere itaque visus fuit quondam martino calciolario natu quondam domini Iohanni ut ad eius obitum daret pro anima sua quondam anna posteriora coniux eius una cum quidem leonem filio suo previgno quondam memorato martino calciolario de propria causa illorum oc est auri tari quadraginta. per manibus nostris videlicet stephano abbati presbitero monasterii sancti pelegrini. et marino filio quondam domini gregorii. et anastasio filio quondam domini iohanni oc est distributoribus anime eius et distribueremus pro eius anima sicuti memoratus eius dispositum continent: et memorata hanna et leonem genitricem et filio pro memorati tari havere idest integra una petia de terra sua posita ad illum arvore iusta miana cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus et in sua memorata et leonem genitricem et filio et de eorum heredibus esset potestatem quidquid exinde facere volueritis. et si memorata anna et leonem genitricem et filio memorati tari quadraginta dare noluerit licentiam haveremus nos memoratis distributores adpreendere et vendere memorata terra et pretium quem exinde tullerimus distribueremus pro eius anima sicut memoratum eius dispositum continent: et quia quondam memorata hanna posteriora conius eius secundum. Umana fragilitas defunta est: Nunc autem comvenit inter nos memoratis distributores. et vos videlicet iohanne. et memorato leonem germanis prevignis quondam memorato martino calciolario. et A presenti die promtissima. voluntate: Venundedimus et tradidimus vobis: Idest memorata integra petia de terra posita ad illum arvore iusta miana cum arvoribus fructiferis vel infructiferis. simul cum introito suo et omnibus sivi pertinentibus: qui coheret sivi de uno latere et de uno capite terra heredum quondam iohanni pirisini: et de alio capite terra sancte agathe de calcaria: et ex alio latere via publica: De qua nihil nobis exinde remansid nec in aliena persona: commisimus potestatem: Ita ut a nunc et deinceps memorata integra petia de terra posita. ad illu ar-

an. 981.

*

vore iusta miana: Una cum arvoribus fructiferis vel infruetiferis simul cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: De qua nihil novis exinde remansit set in integro sicut superius legitur ha nobis vobis sid venundata et tradita in vestra vestrisque heredibus sid potestatem quidquid exinde facere volueritis: tivi memorato iohanne exinde venundedimus de quarta parte una: et tivi memorato leone exinde venundedimus partes tres: et neque a nobis memorato stephano abbate presbitero: et marino. et anastasio distributoribus quondam memorato martino calciolario neque a posteris vel ab heredibus nostris nec ab heredes quondam memorato martino nec a nobis personis: summissis. nullo tempore numquam vos memorato iohanne et leone germanis aut heredes vestris quod absit habeatis exinde requisitione aut molestiam ha nunc et imperpetuis: temporibus: pro eo quod in presentis exinde accepimus a vobis in omnem deliveratione memorati auri tari quadraginta: a te memorato iohanne recepimus tari decem: et a te memorato leonem recepimus tari triginta quod..... insimul memorati auri tari quadraginta per presens dedimus pro anima quondam memorato martino vitrico sicuti eius dispositus continet: set ut superius diximus: tu memorato iohanne et heredes tuis avere deveatis in memorata terra de quartam parte parte una: et tu memorato leone et heredes tuis habere deveatis in memorata terra partes tres: Ut inter nobis combenit: Si autem aliter fecerimus nos aut posteris vel heredibus nostris de is omnibus memoratis ut super legitur per quolivet modum aut summissis: personis: tunc componimus vobis vestrisque: heredibus auri solidos viginti quatuor bythianteos: et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manum sergii tabularii per memorata nona indictione †

† stehfanus presbyter et abbas subscripsi †

† εγο μαρινυς διστορ σουβ †

† ego anastasius distributor subscripsi †

† ego iohannes filius domini cesarii rogatus a suprascripta persona testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTA ΠCON TECTI COΥB ΕΘ CCTI TAPI ΚΟΝΦ ΠΚΕΠCCE †

† ego petrus filius domini stefani rogatus a suprascripta persona testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi die et indictione memorata nona †

CLXXXV.

an. 981. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo primo. sed et constantino magno Imperatore frater eius *annooctabo decimo.* Die nona mensis magii indictione nona neapoli Visus: itaque sum ego iohannes humilis ygumenus *monasterii sanctorum* sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in *viridiario una* cum cuncta nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii et ecce a preteritos quinque annos *commutavimus vobis* stephano et iohanne germanis filiis quondam palumbi et quedam heufimiae iugalibus personarum havitatoribus autem in loco qui vocatur pumilianum *foris arcora* dudum aqueductus. IDest de terra nostra que vocatur cesina posita vero in eodem loco pumilianum hoc est a parte occidentis.............commutationem recompensationisque accepimus a vos integra una petia de terra vestra que vocatur campum maiore posita vero in memorato *loco pumilianum*.......nem de die in die secundum humanam neglegentia minime inter partes exinde chartule nobis fecimus.... .....iohannes umilis ygumenus memorati monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario una cum *cuncta congregatione* monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii per hanc chartulam confirmamus adque tradidimus vobis memorato stephano et *iohanni una cum volumtate* presenti memorate heufimie genitrici vestre. IDest ipsum de memorata terra nostra que vocatur cesina hoc est a parte hoccidentis posita vero.................una cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus. Coherente sivi hoc quantum ex ipsa terra nostra vobis *commutavimus*....parte horientis reliquum ex ipsa terra nostra quam in nostra reservavimus potestatem sicuti inter se termines posuimus finiendo et *habet ibi de latitudine passos* septuagintaocto. et ex alio latere parte hoccidentis fundum de illi de fermonsa et habet ibidem de longitudine passos octoaginta.............parte septentrionis terra heredum domini gregorii de cantellum habente ibi de latitudinem passos viginti tres.

ad vero alio capite . . . . habente ibi de latitudine passos viginti.

insimul vero memorati passi sunt mensurati ad passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. De qua *nihil nobis ex eo quod superius vobis* commutavimus intus memoratas coherentias et intus memorati passi aliquod remansit aut reservavimus nec in alienam personam *commisimus potestatem sed amodo* et deinceps a nobis vobis sint confirmatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestatem queque exinde facere *volueritis semper liberam habeatis potestatem.* et neque a nobis memorato iohanne humilem ygumeno una cum cuncta nostra congregatione monachorum neque a posteris nostris nec a nobis *summissis personis* nullo tempore numquam vos memorato stephano et iohanni germanis aut heredibus vestris quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem *aut molestiam per nullum modum* nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et posteris nostris vobis vestrisque. heredibus exinde ab omnis *homines* omnique *persona in omnibus* antestare et defensare promittimus. propter quod ut superius diximus tunc ad vicem in commutationem *recompensationisque accepimus a vobis idest una* integra petia de terra vestra que vocatur ad campum maiore sita in eodem loco cum arvoribus et introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus. *coherente sivi a* parte horientis terra domini sergii filio domini iohanni. et ex alio latere parte hoccidentis terra qui fuit de illu stroniulu quem nunc detinet *et habet ibi de longitudine* pro unoquoque latere passos septuaginta quinque. De uno capite parte septentrionis terra nostra. . . . .
et habet ibi de latitudine passos viginti sex. ad vero alio capite parte meridiana similiter alia terra nostra iamdicti sancti nostri monasterii *et habet ibi de latitudine passos* viginti septem mensurati ad memoratum passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: Unde nihil vobis exinde aliquod remansit aut reservastis. . . . . .heredes vestris nobis posterisque. nostris memoratoque sancto nostro monasterio exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus antestare *et defensare* debeatis *sicuti* et quomodo nostra continet chartula confirmationis quem vos cum voluntate memorate genitrici vestre nobis exinde fecistis *in omnem decisionem* seu deliberationem. Quia ita nobis stetit adque complacui : Si autem nos aut posteris nostris vel memoratus sanctus noster monasterius *quovis tempore contra* hanc chartulam con-

firmationis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fue- rimus per quovis modum aut *summissis personis tunc componimus* vobis ve- strisque heredibus auri solidos *triginta* sex bythianteos et hec chartula confirmationis ut super legitur sit firma : scripta per manus petri curialis per indictione memorata nona †

CLXXXVI.

† In nomine domini nostri Ihesu Christi. tertiodecimo anno principa- an.
tus domini Landolfi gloriosi principis. mense agusto nona indictione. Ideoquem 981.
nos i sumus sellicto et petri germani filii quondam ermeradi clerici et sasso nepo eorum filii quondam martii. et iohanne et angelo et petri germani filii quondam mari. et marti et iohanne et maraldo germani filii quondam iohannis. et iohanne gallinola fili quondam marini abitori de loco bitulacci. Sicut nobis congruum est. per hanc cartula in cambium dedimus et tradidimus vobis domino atenolfi fili bone recordationis domini paldolfi gloriosi principis. in bice tua et in bice domini landenolfi et laidolfi et gisolfi germanis tuis. filii predicti domini paldolfi gloriosi principis. hoc est integre biginti quinque petie de terris nostris quas habuimus in predicto loco bitolacci. Prima petia nominatur ad attuni ubi sunt ipse sedile. que abet finis ab uno latere bia nostra que ic vobis damus. abet inde in longum passos octoaginta duos. ex alio latere fine terra supradicti gloriosi principis genitori vestro. et terra de filia atenolfi comitis. abet inde passos octoaginta tres. Unu capu terra iohannis summi abet inde passos septuaginta sex. aliu capu subscripta petia abet inde passos septuaginta duo. Secunda petia ibique finis abet de uno latere fine iamdicta prima petia abet exinde passi sexaginta nobem. aliu latu terra ecclesie sancti rufi. inde abet passi septuaginta. Unu capu tenet in terra de suprascripti filii atenolfi comiti de tiano abet inde passos quinquaginta quattuor. aliu capu tenet in subscripta tertia petia. inde abet per trabersum passi quinquaginta et unum. ipsa tertia petia ibique finis abet de unu latu fine suprascripta secunda petia. inde abet passos sexaginta tres. aliu latu fine terra de filii bitolacci et sicut rebolbit ipse intersico erga terram de ipsi filii bitolacci et usque ad terram ecclesie sancti rufi. inde abente passos octoaginta duo. unu capu terra ecclesie sancti rufi et inde abet passi quadraginta. aliu capu subscripta petia inde abet per trabersum passi biginti quinque. Quarta petia ibique finis habet de unu latu fine suprascripta tertia petia et fine terra de suprascripti filii bitolacci abet inde in longum passi octoaginta. aliu latu terra que tenet gizzo et inde abet passi septuaginta sex. unu capu tenet in suprascripta bia nostra. aliu

capu terra de suprascripti filii bitolacci et godi presbiteri. abet per singula capita per trabersum passi quinquaginta. Quinta petia de unu latu de suprascripti filii bitolacci aliu latu terra de filii almari abet per singula latera in longum passos quadraginta tres. unu capu tenet in bia publica. abet inde per trabersum passos...........cim et medium. aliu capu tenet in terra corbi abet inde per trabersum passi biginti unum. Sexta petia dicitur campu longu finis abet de unu latu terra de filii audolii....... tu terra que comparabimus nos qui supra petri et sassi angelo et martii abet per singula latera in longum passi sexaginta quattuor. unu capu bia inde abet passos............. scripta petia et terra de filii adenolfi notarii. inde abet passi biginti quattuor. Septima petia ibique de unu latu finis abet terra gualperti et minuti aliu latu........... adenolfi notarii abet per singula latera in longum passi quadraginta et nobem unu capu tenet in suprascripta sexta petia. inde abet passi quattuordecim. aliu capu terra de filii bon.......... passi sidecim. Octaba petia prope ecclesia sancte marie que abet finis de unu latu fine terra de suprascripti filii bitolacci aliu latu terra de filii iobemprandi et terra suprascripte ecclesie........ suprascripte ecclesie. aliu capu subscripta petia et terra sellicti abet per singula latera passos quinquaginta sex. et per singula capita per trabersum passos biginti. Nona petia ibique de unu.......... minici gennari aliu tu terra de suprascripti filii bitolacci et rebolbente usque in monte abente per singula latera in longum passos centum decem unu capu suprascripta octaba petia inde abet passi sedecim. aliu capu monte abet inde passos biginti. Decima petia ibique de unu latu et unu capu terra de suprascripti filii bitolacci. aliu latu terra audolini. aliu capu terra ecclesie sancte reparate abet per singula latera in longum passos sedecim. et per singula capita abet passos octo. Undecima petia fundo propincu suprascripta ecclesia sancte marie que abet finis de unu latu terra de filii arniperti abet inde in longum passos nonaginta. aliu latu terra nostra qui supra petri et sassi et nostra qui supra filii mari et filii iohanni que comparatam abemus. abet inde in longum passos octoaginta. unu capu tenet in bia publica. abet inde per trabersum passos decem et octo gubita dua. aliu capu terra ecclesie sancti nigandri inde abet passos sedecim gubita dua. Duodecima petia dicitur ad cicalusi de unu latu terra iohanni summi. aliu latu terra de filii minuti. unu capu tenet in bia

publica. aliu capu subscripta alia petia. abet per singula latera in longum passi sexaginta tres et per singula capita abet passos duodecim. Tertiadecima petia ibique finis abet de unu latu terra de nepote ursi presbiteri. aliu latu terra audolini et sancti cosme. unu capu suprascripta petia et terra iohanni summi et iohanni arniperti. aliu capu terra de filii bitolacci et subscripta alia petia abet per singula latera in longum passi quadraginta duo. et per singula capita passos triginta duo. Quartadecima petia ibique de unu latu terra audolini. aliu latu terra de suprascripti filii bitolacci. unu capu in suprascripta petia et terra sancti cosme. aliu capu in monte abet per singula latera in longum passos octoaginta. et per singula capita per trabersum abet passos triginta duo. Quinta decima petia ad cesola finis abet de unu latu terra iohanni summi et terra de filii leoni. aliu latu terra de filii bitolacci abet per singula latera in longum passos biginti duo. unu capu terra iohanni arniperti abet inde passos biginti. aliu capu terra de filii iobemprandi abet inde passos decem et septem. Sexta decima petia ibique finis abet de unu latu subscripta petia et terra de filii bitolacci abet inde in longum passos sexaginta tres. aliu latu terra de filii ursi presbiteri et terra nostra qui supra petri et sassi abet inde in longum passos quinquaginta septe. unu capu bia publica abet inde passos biginti duo. aliu capu terra de suprascripti filii iobemprandi abet inde passos sedecim. Septima decima petia ibique coniuncta unu latu suprascripta petia aliu latu terra de filii bitolacci abet per singula latera in longum passos quadraginta tres unu capu terra suprascripti sellicti bitolacci abet inde passos sedecim. aliu capu terra iohanni arniperti et subscriptu intersicu inde abet passos decem et septem. Ipse intersico ibique de unu latu terra iohanni arniperti aliu latu terra de filii bitolacci. unu capu bia. aliu capu suprascripta petia. per singula capita passos quinque. Octaba decima petia ad cesa albini de unu latu terra summi filii paldoni. aliu latu terra nostra qui supra petri et sassi. unu capu terra que fuit de filii bitolacci quam retinet ecclesia sancte marie et subscripta alia petia. aliu capu bia publica abet per singula latera in longum passos triginta sex et per singula capita per trabersum passos undecim. Nona decima petia ibique de unu latu terra ursilei aliu latu terra sancte marie abet per singula latera in longum passos quadraginta unum. unu capu suprascripta petia .... de suprascripti filii bitolacci abet per singula capita per trabersum passi septem

et gubita dua. Vicesima petia dicitur ad querquetum de amba latera terra ursilei et de amba capita........benedicti abet per longum passos decem et octo et per singula capita passos duodecim. Bicesima prima de una parte caba de alia parte terra sellicti. de tertia parte terra iohanni arniperti. *de quarta* parte terra garofali. Vicesima secunda petia proprincu ecclesie sancte marie de unu latu in limite aliu latu terra gualperti unu capu iohanni arniperti. aliu capu terra suprascripti gualperti. Bicesima tertia petia ibique cirka terram audolini de alia parte terra gualperti de duo parte terra de omines qui ibi ad fines sunt. Vicesima quarta petia dicitur ad-tribium de unu latu caba aliu latu terra filii erci longitudine passi sedecim. unu capu terra ecclesie sancte marie de suprascripto loco aliu capu terra de filii iobemprandi per capita abente passos tredecim. Vicesima quinta petia de unu latu et unu capu terra de suprascripti filii bitolacci aliu latu terra sancte marie aliu capu bia communalis. longitudine passos sedecim et per capita passos tres. ad mensura de passo landoni seniori castaldi mensuratu est. hec autem superius dicte petie de terris qualiter superius de fine in finem indicate et mensurate sunt. una cum arbores et cum omnia intro abentibus subter et super et cum bie sue ibidem intrandi et exiendi cunte et integre ipse vobis qui supra domini atenolfi in cambium dedimus et tradedimus ad possessionem tuam et supradictis domini landenolfi laidolfi et gisolfi germanis tuis et de vestrorum heredibus. abendi ac possidendi et faciendi exinde omnia que vobis placuerint: Unde de iam dictis terris infra iam dicta finis et indicationibus. nec nobis nec ad uxoribus nostris nec alicuilibet exinde nullam reserbabimus. set cuntum et integrum ipsos vobis in cambium dedimus et tradidimus sicut supra diximus. Et per hec nostra cambiatione in cambium recepimus nos sellicto et petri et sassi iohanni et angelo et petri et martii et iohanni et maraldo et iohanni gallinola. a vos qui supra domino atenolfum pro bice tua et de suprascripti tres germani tui. hoc est tribus petie de terre vestre quas habuistis in loco ceseranu maiore propincu ipsa cibitate Kaiatie. Prima petia fundo propincu ecclesia sancti rufi que abet finis de unu latu bia publica. aliu latu terra araselberti. unu capu in subscripta petia et bia. aliu capu terra de illi de ranecdusi et sicut rebolbit ipse intersico et badit usque ad terra araselberti. Secunda petia ibique de unu latu terra sancte ecclesie sancti rufi aliu latu terra suprascripta araselberti. unu capu in suprascripta prima petia aliu capu tenet in bia

que modo badit ad iamdicta ecclesia sancti rufi. infra ambo iste petie et modia dua per passi nobis in cambium dedisti. abente pro unoquenque modio de terra rationabiliter in longum passos triginta et per singula capita sunt passos triginta ad supradictum passum mensuratum. Ipsa tertia petia de terra in eodem loco......limata minore que abet finis ab uno latere fine bia publica. que badit et benit per ipso loco et badit ad cumminianum. Aliu latu fine terra vestra que vobis reserbastis. unu capu in bia antica. aliu capu tenet in riale unde per tempus aqua decurrit. que decer.....hec terra et terra de nepotibus landelfrit notarius qui dicitur filictu. Ideo infra indicate finis de is dictis petia dedistis nobis exinde in cambium terra per mensura modia de terra propias triginta..........per unum quemque modio de terra rationabiliter in longum passos triginta et per singula capita rationabiliter passos triginta. ad mensura de supradicto passu landoni seniori castaldi.......hec autem iamdicta triginta dua modia de terra per iamdicta mensura infra iamdictis finis. de suprascripte tres petie de terre qualiter superius diximus una cum arbores et cum omnia intro abentibus subter et super. et cum bie sue intrandi et exiendi cunta et integra ipsa nobis in cambium dedistis et tradidistis ad possessionem nostram et de nostris heredibus abendi et possedendi et faciendi exinde omnia que nobis placuerint. tamen iamdicta triginta modia de terra que vobis in predicta limata minore dedistis est coniuntum de unu latu et unu capu supradicte bie et de alio capu iamdicto riale. Unde de iamdicta mensurata terra qualiter superius nobis dedistis ut dictum est. nec vobis nec alicuilibet exinde nullam reserbastis. set integrum ipsos nobis in cambium dedistis et tradidistis sicut in presenti nobis per cartulam confirmastis. Ea ratio quatenus amodo et semper. vos qui supra dominus atenolfus et dominus landenolfus et laidolfus et gisolfus. et vestris eredibus firmiter abeatis et possideatis in integra supradicta nostra cambiationis et faciatis exinde omnia que vobis placuerit. Et obligamus nos qui supra sellicto et petri et sassi iohanne et angelo et petri marti et iohanne et maraldo et iohanne gallinola et nostris eredibus vobis qui supra domini atenolfi landenolfi et laidolfi et gisolfi. germanis et ad vestrorum eredibus. integre supradicte terris. que vobis superius in cambium dedimus et tradidimus. defendere et antestare semper. a parte uxoribus nostris et ab aliis homnibus hominibus ab omnique partibus. Si autem ipsos vobis

defendi non potuerimus ut diximus primis nos nostrisque eredibus vobis qui supra germani vestrisque eredibus seu ad missi nostri de colludio legibus iurare obligamus et ferre quamdam aliam tantam talenque terram cum omni suo edificio qualis et que vobis exinde defendi non potuerimus ut diximus. illis diebus inbenitur esse ibique in consimili loco vobis dare et restaurare obligamus per firmissimam scriptio securitatis ut semper vos et vestris eredibus ipsos firmiter abere et possidere baleatis defensatum semper nos et per nostris eredibus ab omnibus hominibus ab omnique partibus. In suprascripta ratione. Nam si nos qui supra sellicto et petri et sassi iohanne et angelo et petri martii et iohanne et maraldo et iohanne gallinola et nostris eredibus hanc nostram cambiationis cartula aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere aut remobere quesierimus vel si non nobis defensaberimus et non vobis compleberimus ea omnia per ipsum ordine sicut superius legitur. centum bizantinos solidos pena nos et nostris eredibus vobis qui supra germani et ad vestris eredibus componere obligamus et omnia firmiter vobis per compleamus. et hec cambiationis cartula de qualiter continet firma permaneat semper. tamen recordamus quia in supradicta duo petie de terre que sunt fundora.....nobis exinde in cambium modia dua sicut supradictum est. et de iamdicta tertia petia que dicitur limata minore dedistis nobis exinde modia triginta per iamdicta ratione sicut superius legitur et taliter nos qui supra sellicto et petri sasso et iohanne angelo et martii et iohanne maraldo et petri. et iohanne gallinola qualiter nobis congruum fuit pro largietate supradicti gloriosi principis fecimus et te iohanne notario scribere rogabimus. Capua. tamen recordamus quia nos omnes supra nominati dedimus tibi qui supra domino atenolfi in cambium supradicte terre de supradicto loco bitolacci sicut super legitur. et si plus terre nobis pertinentes inbentum dederis supra iamdicta mensura in supradicto loco bitolacci similiter vobis ipsos in cambium dedimus per ista cartula. et ita te qui supra iohanne notarius subiungere rogabimus.

† ego adelmundus Iudex † ego paldelfrid † ego audoaldus notarius

CLXXXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo secundo *sed et* constantino frater eius magno imperatore anno nonodecimo: die sexta decima mensis februarii *indictione* decima neapoli: Merissi dibisionis facta ha me sergium filium quondam idem domini sergii et quondam domina anna *honesta femina* iugalibus personarum: de fundoras et terris nostris que abemus in ianula et in carpinianum qui nobis pertinet per memoratis iugalibus genitoribus meis: quas dibidere visus sum in secunda parte inter me et vos bidelicet maria qui marenda clamatur et iohanne scriptore seu gregorio quamque anna honesta phemina uterinis germanis filiis quondam domini leoni curiali qui fuit uterino germano meo tu memorata maria cum consensu sergii viri tui: unde me memorato sergio pertinet exinde medietate pro portione mea et vos memoratis germanis pertinet exinde medietate pro portione vestra de qua tetigit in ista portione prima Idest sexuncias de fundum nostrum positum in memorato loco ianula hoc est a parte orientis iuxta fundum theodonanda coniux mea una cum duleum qui est in memoratum fundum hunde reliqua portio ex ipsum fundum hoc est a parte occidentis iuxta fundum heredes domini marini una cum palmentum frabritum cum suscetorium suum tetigit in portione secunda et est memoratum fundum per trabersum dibisum et omni tempore ambe portionis de memoratum fundum de latitudine et de longitudine ad equale mensura: seu tetigit hic in memorata portione prima et in integra terra qui est ille curte de casale in memorato loco carpinianum et est iuxta terra heredum domini sillicti curiali et de alio latere est coniuncta cum terra domini iohannis filio quondam domini sergii: quamque tetigit hic in memorata portione et sexuncias de integra terra nostra que nominatur terra longua posita in memorato loco carpinianum hoc est a parte meridiana iuxta terra heredum domini cesarii saracini: unde reliqua portio ex ipsa terra hoc est a parte septentrionis iuxta bia publica qui pergit a ligurie tetigit in portione secunda et est memorata terra per trabersum dibisa et exere debeas omni tempore ambe portionis de longitudine et de latitudine ad equale mensura seu tetigit in ista portione

an. 982.

prima et integra terra que nominatur ad cuniolum posita in memorato loco ianola una cum scapule sue et omnibus eis pertinentibus hec vero portio prima cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus tantummodo portio secunda de memorata terra que nominatur terra longa via dare debeas ad ista portione prima per extate et per bendemias cum carrum et cum omni sua utilitatem et per bernoticum bia dare debeas cum bobes iunti usque at ipsa portione sua: et iterum portio secunda de memoratum fundum qui est a parte occidentis via dare debeas ad ista portione prima ex ipsum fundum cum omni sua utilitatem: arbor vero et fructoras in cuius portione pedes tenueris ipsa portio si............ frugiare debeas cumque eis necessum fueris: legatio de dispositum de memoratis iugalibus genitoribus meis abiis vestris et alia legatio de chartula que fecit memorato domino sergio genitori meo abio vestro ut continet sit inter nobis *vestrisque heredibus* firmas exstabile in perpetuum: si quis autem et nos aut de heredibus nostris quobis tempore contra hanc *chartulam divisionis* ut super legitur benire quesierimus per quobis modum aut summissis personis tunc compona pars ipsius infidelis et suis heredibus at parte fidem serbantis eiusque heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et hec merissi ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriptoris discipulo domini gregorii curiali et scriniarii per memorata decima indictione †

† hoc signum † manus memorati sergii: signum † manus memorata maria et memorato gregorio seu et memorata anna honesta phemina uterinis germanis tu memorata maria cum consensum memorati sergii viri sui quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eis subscripsi † et hoc recordati sumus quia tetigit in ista portione prima et portione de plamentum cum suscetorium suum que communiter abemus cum rotunda et iohanne exadelfis germanis meis thiis vestris † † ego iohannes scriptor subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α CCTAC ΠΕΡCΟ-ΝΑC ΤΕCΤΙ COTB †

† Ego iohannes scriptor rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

CLXXXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino an.
nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo *secundo sed et* constantino ma- 982.
gno imperatore frater eius anno: nonodecimo........ .*mensis* februarii indictione decima neapoli: Certum est *me stephano ferrario* filium quondam andrea ferrario: A presenti die: promptissima *voluntate* venundedi et tradidi vobis domino stephano monacho filium quondam.............honesta femina hoc est iugales: Idest una petia de terra...............pictulu posita: in loco qui nominatur iannula: una cum *intoritum* suum et omnibus sivi pertinentibus: et coheret sivi ab uno latere terra vestra: et ab alio latere terra sergii ferrario nepoti meo: ab uno chapite exfinat egripus et subtus ipsum egripum est terra mea memorati stephani ferrarii que in mea reserbavi potestatem: ab alio chapite coheret terra que detinet leone ferrario nepoti meo: Unde nihil mihi exinde intus ipsas coherentias aliquod remansit: aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod apsit commisit aut iam commicto potestatem: set a presenti die: et deinceps a me vobis memoratis iugales: sit venumdatum et traditum in vestra: vestrisque heredibus sit potestatem: quidquid exinde facere volueritis: et neque a me memorato stephano ferrario neque a meis heredibus: nec a nobis personis: summissis nullo tempore nucquam vos memoratis iugales aut vestris heredibus: quod apsit aveatis exinde quacumque requisitionem aut molestia a nunc et in perpetuis: temporibus: insuper et ab omni homine omnique persona: omni tempore seu et da uxore mea et da illorum heredibus: omni tempore illos in omnibus antestare et defensare deveamus: propter quod accepi a bovis exinde idest auri tari septem sicut inter novis combenit: insuper placuit mihi memorato stephano ferrario: ut si ipsa conius mea aut suis heredibus: vos aut heredibus vestris: exinde quesierit et vobis exinde vincerit clara facta veritatem: tunc quantum vos exinde perdideritis licentia et potestatem aveatis vos aut heredibus vestris atpreendere et restaurare in omnia mea hereditate seu substa de intus et foris at balientem quantum exinde perdideritis clara facta veritatem: et illum quod atpreenseritis at balientem quantum exinde perdideritis ut super legitur tunc ego et heredibus meis illos ab omni

homine antestare et defensare deveamus : insuper placuit mihi memorato stephano ferrario ut si quovis tempore surrexerit quavis persona : et per ipsa terra que ego vobis superius venumdedi quesierit abere semmita tunc vos nobis pro ipsa semmita non provocetis at chausandum aut at antestandum : quia ita mihi placuit : si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis : tuc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos sex bythianteos : et hec chartula venditionis ut super legitur : sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata decima indictione †

hoc signum † manus : memorati stephani ferrarii quod ego qui memoratos ab eu rogatus pro eu subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego gregorius filius domini ursi rogatus a suprascripto stefano test subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego leo curialis Complevi et atpsolvi per memorata decima indictione †

CLXXXIX.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo secundo sed et constantino magno imperatore anno nono decimo die quintadecima mensis magii indictione decima neapoli: Visi fuimus per preteritos annos. nos sergium filio quondam domini gregorii monachi et quondam domina eufimia honesta femina iugalium personarum. et quidem domino stephano monacho genitori nostro videlicet eufimia et petro diaconus sancte neapolitane ecclesie germanis hoc est thio et nepotes. ego memorata eufimia cum voluntate presenti domini iohanni viri mei. Divideremus una tecum videlicet domino cesario germano et thio nostro. Idest ospitibus nostris de loco qui vocatur pariete ad illi graniarii. et *una cum voluntate* memorato domino cesario germano et thio nostro. Idest iohanni. ospiti nostro filio quondam stephani ospiti nostri. quamque et cicino hospiti nostro filio quondam benedicti hospiti *nostri* hoc est exadelfis de memorato loco pariete ad illi graniarii Una cum uxoribus et filiis filiabus nuruis atque nepotibus ipsorum et cum illorum fundoras et terris et cespite et censum et regulis et salutes et cum omnem illorum paratum et conquesitum et cum omnibus atiacentibus et pertinentibus eis. et at vicem exinde tunc tetigit me memorato sergio Idest turbulo hospiti nostro filio quondam landolfi ospiti nostri. quamque et fasano et iohanne germanis hospitibus nostris filiis quondam petri hospiti nostris hoc est exadelfis de memorato loco pariete ad illi graniarii. una cum uxoribus et filiis filiabus nuruis atque nepotibus ipsorum et cum illorum fundoras et terris et cespite et censum et regulis et salutes et cum omnem illorum paratum et conquesitum et cum omnibus atiacentibus et pertinentibus eis. seu et tunc tetigit me memorato sergio. et vonella *ospita* nostra germana memorati turbi ospiti nostri qui me tetigit. ut super legitur. et memorato domino stephano genitori nostro memoratis germanis tetigit tunc Idest ro   et sillictulo quamque et mictiulo germanis hospitibus nostris filiis quondam memorati stephani de memorato loco

an. 982.

pariete ad illi graniarii Una cum uxoribus et filiis filiabus nuruis atque nepotibus ipsorum et cum illorum fundoras et terris et cespite et censum et regulis et salutes et cum. omnem illorum paratum et quonquesitum et cum omnibus atiacentibus et pertinentibus eis. et eo quod a tunc per neglegentiam de die in die minime exinde inter nobis septionis fecimus. Nunc autem constrinxistis tu nos Ud exinde inter nobis septionis faceremus Hidkirco nos memorato sergio et prenominata eufimia et iamdicto petro diacono germanis hoc est thio et nepotes ego memorata eufimia cum voluntate presenti memorati domini iohanni viri mei. Confirmamus tibi memorato domino cesario germano et thio nostro anc chartula ut inferius legitur. Ut memorato iohanni et prenominato cicino hospitibus nostris hoc est exadelfis de memorato loco pariete ad illi graniarii una cum uxoribus et filiis filiabus nuruis atque nepotibus ipsorum cum illorum fundoras et terris et cespite et censum et regulis et salutes et cum omnem illorum paratum et quonquesitum et cum omnibus atiacentibus et pertinentibus eis. in tua tuisque propriis heredibus sit potestate queque exinde facere volueritis. a nobis autem vel propriis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato domino cesario germano et thio nostro aut propriis tuis heredibus. abeatis exinde quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis in perpetuum. Unde reliquum homnibus memoratis tetigit nos memorato thio et nepotes. at singulis. quomodo supra legitur dispositum memoratis iugalibus genitoribus seu abiis nostris ut continet sit firmum. Si autem aliter fecerimus et minime atinpleberimus nos vel propriis nostris heredibus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque propris heredibus auri solidos quadraginta bythianteos et ec chartula confirmationis. ut super legitur sit firma scripta per manum sergii curialis scribere rogatus per indictione memorata decima † hoc signum † manus memorate eufimie cum volumtate memorati iohanni viri sui quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego petrus diaconus sancte neapolitane ecclesie subscripsi †

† ego sergius subscripsi †

et oc memorati sumus sub manibus nostris memorati petri diaconi et sergii scriptum quia tetigit me memorato sergio germano et thio vestro

Idest quinthello hospiti nostro filio memorati petri ospiti nostro germano memorati fasani et iohannis qui me tetigerunt. una cum uxore et filiis filiabus nuruis atque nepotibus eius et cum suo fundo et terris et cespite et censum et regulis et salutes et cum omnem eius paratum et quonquesitum et cum omnibus atiacentibus et pertinentibus eis. et ut supra diximus memorata legatione iamdicti dispositi nostris ingalibus genitoribus seu abiis nostris ut continet sit firma :· et sin alioquin fecerimus in memorata pena subiaceamus

† ego iohannes filius domini gregori rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego petrus filius domini stephani monachi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego marinus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata decima †

CXC.

an. 982. † *In nomine domini dei* salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo secundo. sed et Constantino magno Imperatore frater eius anno *nonodecimo*. Die vicesima quarta mensis magii indictione decima neapoli: Horta est itaque intentio inter me iohannem filium quondam domini aligerni. et vos videlicet domino *iohannes venerabilis abbas monasterii* beate et gloriose dei genitricis semperque virginis marie domine nostre situm vero ad illa turre ad illu torem super hercica quod est iuxta.........de questionem quam haput vos facere visus sum. propter ecclesia vestra vocabulo beati martini christi confessoris. que vos a nobiter fecistis.... .. domui vestre coniunta vero a parte septemtrionis et occidentis cum hortum meum. de qua vos quesivi dicendo pars mea quia........ rationem ibi illa fecisti quia domum abere ibi non fuit sic in altum edificata. etiam ab ipsa occidentalem partem regias *et fenestras* non habui. pars autem vestra asserebat ut quando ipsa domum edificata fuit si plus fuit quam modo est non minus. et sic fuit in *duas pinnas* sicuti modo est et in ipsa occidentalem partem regias et finestras habui. In oc iudicatum est inter nobis ut si baluerit pars vestra nobis *securitatem* facere quomodo quando ibi domum abere fuit plus fuit quam modo est minus et sic fuit in duas pinnas sicuti modo est et *in ipsa* occidentalem partem regias et fenestras habui iusiurare nobis exinde pars vestra cum ipsis testibus nos autem poneremus vobis exinde *securitatem*. pars nostra vobis prebere sacramentum dicens vobis ut quando ibi domum habere fuit non fuit in duas pinnas *sicuti modo* est nec in ipsa occidentalem partem regias et fenestras *habui* et poneretis nobis exinde securitatem. et quia non baluistis *nobis* taliter hostendere. ita et nec nos non fuimus vobis exinde iusiurare. nunc autem in presenti *accepimus* a parte vestra sacramentum *dicendo ut* quando ibi domum abere fuit si plus fuit quam modo est non minus et sic fuit in duas pinnas sicuti modo est in ipsa *occidentalem partem* regias et fenestras habui. et difinivimus exinde vobiscum in omnibus. et neque a nobis memorato iohanne neque a meis heredibus heredibus *nullo tempore numquam* vos memoratus dominus iohannes venerabilis abbas aut posteris vestris quod absit habeatis exinde aliquando

quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Interea definivi vobiscum et de unum arvore quia de eadem ecclesia est a parte propter una ficulnea qui ibi est a parte septemtrionis de qua iudicatum est inter nobis ut si baleret pars nostra vobis prebere sacramentum ut per quadragintam annos ibi fuissent haberemus ibi illos. sin autem pars vestra nobis exinde iurare ut infra quadragintam annos ibi positos fuissent nos autem abscideremus illos exinde. et quia non hoportui nos nec vos taliter exinde iurare. IDeoque *etiam* impresenti per anc chartulam promittimus vobis. quatenus a parte ex ipsa ecclesia omni tempore ex ipsa arvore abscidere debeamus *ramora* directum sicuti monstrat pedem ex ipsum arvore usque at cimam eius. et ipsa ficulnea omnes annum infra annum. . . . . ecclesia tiappare debeamus et abscidere exinde ille radicate. et ramora sua quantas a parte ex ipsa ecclesia sunt ut in ea *ramora* et predicta inferiora nullam lesionem non faciant. Insuper promittimus tibi quatenus omni tempore ego aut heredes meis tecum et cum posteris vestris inter predictum hortum meum. et curte vestra qui ibi est a parte meridiana parietem facere. . . . . . . ad omni comune expendium a fine ex ipsa ecclesia et in parte hoccidentis usque. ad platea pubblici. et beniat in altum ipse paries pedes. . . . . ego aut heredes meis vobis posterisque. vestris mittentes hoccansionem: Quia ita inter nobis iudicatum est: Si autem ego aut *heredes meis* quovis tempore contra hanc chartula securitatis ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per *quovis modum* aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque. vestris auri solidos sexaginta bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma *scripta* per manus gregorii Curialis per indictione memorata decima. Hoc signum † manus memorati iohanni quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini dometri rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ego petrus filius domini sergii rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ego marinus filius domini gregorii rogatus a suprascripto iohanne testis subscripsi †

† Ego *gregorius Curialis post subscriptionem testium* Complevi et absolvi per indictione memorata decima †

CXCI.

an. 982. † In nomine domini secundo anno principatus domini mansoni. et domini iohanni eius filius mense magio decima indictione. Ideoquem nos i sumus petri et iohanne. et petri. et filii cutti. et iohanne et zotti et mari. et iaquintus presbiter filii piri. et elizu. et iohannes filius mauronti. et petri. affiliatus petri toti habitatori in dumucella territorio lauritano. eo quot ante vonos homines qui subter scripti sunt. talem placitum facimus tibi domino iohanni benerabilis abbati. de monasterio sancté dei genitricis et virginis marie. qui hedificata est ad ipsa turre supra ercica in monte vesuveo. quod domino martinus benerabilis abbas. a nobo fundamine construxit. de ipsa pecia de terra arbustata posita in dumucella in locum ubi furcle vocatur territorio lauritano *eo quod* nos adfratastis. in medietatem de ipsa pecia de terra. et ipsa pecia de terra hec finis habet. de uno latere. et de uno capite fines sancte nolane ecclesie. de uno latere. et de super capite fine nostra qui supra nominati germani et consortes. in tale vero ordine nos ibidem affratastis in ipsa medietate vestram de ipsa pecia de terra que pertinet ad ipso sancto vestro monasterio. ut nos et heredes nostri. ipsa medietatem vestra pastenare deveamus bitis et arbori. seu alia. pomifera fructifera. tali vero ordine ut ipsa medietatem ut supra diximus pastenare deveamus vene ut expedit ut pareat vene pastenatum. seu cultatum. et illut conciare deveamus cum hobi et ad manu dirigenter apto tempore. ad bindemiandum ipsa bindemia nos qui supra nominati germani et nostris heredibus illut bindemiare debeamus cum omni nostro expendio. et ad palmentum trahere et quicquid ibidem vinum mundum de supra dederit in ipsa medietatem de ipsa pecia de terra vestra per medietate illut inter nos dibidamus ad palmentum. nos qui supra germani tollamus medietatem. et nostros heredes, et vos qui supra domino iohannes benerabilis abbas. et vestros posteriores. tollatis reliqua medietatem tantum ipsa peciola iusto ordine pisatum et reballatum super nos tollere deveamus ante sortem. et quando ibidem direxeritis monachum vestrum aut alium hominem. pro bindemie ipsa portione vestra recipere de ipso bino. dare eis debeamus manducare et bibere ut iustum fuerit. et ad caballum de ipsum hominem quem ibi direxeritis. tantum ipso

frugio quem ibidem seminaverimus in ipsa medietate vestra ubi nos adfratastis. super nos tollere deveamus et si de ista terra exierimus nos aut nostros heredes et in aliam terram ad habitare perrexerimus. inclita ipsa medietate de ipsa pecia de terra redeat in potestate vestra. et de posterios vestros. de ipso sancto monasterio. et si in ac terra reversi fuerimus nos aut nostros heredes. licentiam et potestatem habeamus redire in ipsa terra ut superius legitur et hanc chartula affratationis ut super legitur sit vobis firma et stabilis semper. Sicut te aldemari diaconi et notarii scribere rogabimus.

† ego petrus

† ego leo

CXCII.

an. 982. ✝ In nomine domini secundo anno principatus domini mansoni. et domini iohani eius filius. mense iunius. decima indictione. Ideoquem ego sillictus filius ermengardi de miliano territorio lauritano. dum a domino Ihesu Christo compulsi sumus quam et proce mercede et salbatione anime mee. et pro mercede et salbatione anime marie dilecta uxori mea. offero in ecclesia beate dei genitricis et birginis marie qui fundata esse videtur ad ipsa turre supra erciea. in monte vesuveo. ubi domino iohannes benerabilis abbas. regimen tenere videtur. una pecia de terra arbustata: rebus mea. in loco miliano ubi proprium nomen castanea vocatur. et ipsa terra hec finis habet. de uno latu fine de filii passari. in longum habet passi trigintaquinque et cubita tria. ex alio vero latere fine ciciri germano meo in longum habet passi quadragintaduo. et cubitum unum. de supto capite fine bia publica in latitudo sunt passi decem et septem. desuper capite fine similiter de filii passari in latitudo sunt passi triginta et unum. hec vero terra qualiter finis posite sunt. et passi mensurati. ipsa inclita quomodo finis posite sunt tota et inclita offeruimus in superdicta ecclesia et ad eius rectores. ad semper habendum. et possidendum. et dominandum et fruendi omnia quecumque ipse rectores uius ecclesie facere voluerit. quam inferius et superius et cum bice de biis suis. et anditis suis et introiendum. et exiendum ut ipsa super dicta pecia de arbusto quomodo per finis indicata et mensurata est cum toto edificio suo tu qui supra domino iohannes benerabilis abbas rectores et gubernatores superdicte ecclesie et posteris vestris abeatis et possideatis ipsa pecia de terra quomodo per finis mensurata est cum toto edificio suo quomodo supradictum est. et exinde obligo me ego qui supra sillictu: quam et meis heredibus tibi qui supra nominati domini iohanni benerabilis abbati. et ad posteris vestris de ipso sancto monasterio. hce predicta terra cum toto edificio suo de ipsa terra. ab omnibus hominibus defendere et antestare promittimus. et obligamus aut si nos ipsis forsitan per quobis modis aut ingenium retornare quesierimus sibe nos aut nostris heredibus qui talia agere voluerint abeat hanathema a tercentos decem et octo patres et partem habeat cum iuda traditore domini nostri Ihesu Christi. et sic eum deglutiat terra

sicut dathan. et abiron. et insuper obligati siamus nos et nostros heredes tibi nominati domini iohanni benerabilis abbati. quam et posteris vestris de ipso sancto monasterio ad componendum quinquaginta solidi constantiniani et in antea semper taceamus per inbitis per supra dicta obligata pena. et hanc chartulam offertionis insuper scripta ratione sit vobis firma et stabilis semper Sicut te aldemari diaconi et notarii scribere rogabimus.

† ego galdo
† ego leo
† ego petrus

CXCIII.

an. 882. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo tertio: sed et constantino *frater eius magno Imperatore anno vicesimo* die octaba decima mensis octobrii indictione undecima neapoli: Certum est nos stephanum humilem presbyterum et abbatem monasterii sancti *severini* una cum cuncta nostra congregatione *monachorum sancti* et venerabilis nostri monasterii: quamque et cum cuncta congregatione sacerdotum salutifera chartula secretarii ecclesie sancte marie Katolice maioris *una cum* volumtate domini iohannis diaconi sancte neapolitane ecclesie et dispensatore memorate ecclesie sancte marie catholice maioris: A presenti die promptissima volumtate *venumdedimus* et tradidimus vobis iohanni et stephano calciolario germanis filiis quondam anastasii calciolarii. Idest quantum nobis in portione nostra obvenit et..... nos abemus de domos et ortum qui fuit quondam martini calciolarii constitutum intus anc civitatem neapolis in vico qui benit da foras *regione marmorata* quantum integra portione nostra de transenda et de casa commune et per portione nostra de gradis marmoreis communibus et de ballatorium commune cum aheribus et aspectibus: quamque cum tres portiones nostras de pischina communi et de atrium suum simulque et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus et ipsa portione nostras de ortum cum fructoras suas et cum introitum suum a memorato vico publico per transenda commune et per anditum communem et per cancellum communem qui est a parte septentrionis infra *iamdictum* anditum communem *omnibusque* sivi pertinentibus: quod est nominatum quantum nobis exinde pertinet per ipsum dispositum in primis cubuculum unum qui est supra cellareo per ipsa *chartula* dimisit at iohanne *libertino suo* et coheret ad ibso cubuculo a parte orientis domum stephani de furinianum pictulum sicuti inter se parietem exfinat et una regiola qui ibi est ambas partes fabricare debeatis: et a parte septemtrionis coheret domum vestram sicuti inter se parietem exfinat: et a parte occidentis coheret domum leoni qui fuit filiastro martini qui ipse martino ad eum dimisit per ipsum dispositum sicuti inter se *clusa* de tabule exfinat: et a parte meridiana coheret pariete de memorato cubuculo ubi abet fenestras et regia sua quamque

ballatorium commune de illo et anditum suum subter et super ipsum cubuculum est coopertum cum ticulis que memorata venumdedimus vobis et portio nostra de triclineo cum ipsa domum: coherente sivi a parte meridiana domum vestra sicuti inter se clusa exfinat: et a parte occidentis exfinat parietem communem qui exfinat inter ipsum triclineum et inter domum heredum iohannis cuparii: et a parte septentrionis coheret domum memorati leoni filiastro memorati martini sicuti inter se clusa exfinat: et regia sua qui est in ipsa clusa: et a parte orientis coheret parietem qui exfinat ipsum triclineum: et inter ipse grade communes et inter ibsum ballatorium commune: simul et regia communis qui exiet in ibso ballatorio commune: et ipse memorato leo per ipsa regia commune qui exiet in ibso ballatorio commune abet exinde una regia sua qui ibi est a parte septentrionis et alia una regia exinde qui est a parte meridiana est vestra sicuti infra ambe ipse regie in ibso fruntale signata exfinat...... regia commune vos abere debeatis ipsum anditum vestrum ad ibsum triclineum vestrum et ad ipsa gamma vestra et at memorata pischina commune: et ipse leo per ipsa *grada* de fore ad ipsum anditum suum: intrante ipsa regia quantum lata usque: ad alia regia sua qui intrat at domum sua qui ibi est a parte septentrionis: et da ipsum fruntale ipsa regia sua qui est a parte occidentis abinde in intro in parte occidentis est proprium vestrum: Simulque venundedimus vobis et ipsa gamma nostra intus ipsa domum coherente ei a parte orientis memorata domum memorati leoni: et a parte occidentis coheret parietem betere simul et regia communis qui exiet ad ibsa pischina communis unde vos ibi anditum abere debeatis de qua nos vobis tres partes nostras venundedimus et de ipsum atrium suum: et a parte septemtrionis coheret medicum de ipsa gamma qui est de memorato leone sicuti inter se in alto signatas exfinat: et ipse leo abet regiola sua unde per trabersum anditum abet da ibsa pischina communis ipsa denique cantoras de ipse regie qui sunt a parte septentrionis. et a parte meridiana coheret ad ipsa gamma vestra ipse triclineum *vestrum* de ibidem ad ipsa pischina communis introitum abere debeatis vos et heredes vestris quamque venundedimus vobis et una inferiora cellarei nostri qui nos in portione tetigit et est constitutum subtus iamdicto triclineo qui vobis venundedimus: coherente ei a parte meridiana cellareo vestro sicuti inter se clusa exfinat: et a parte occidentis exfinat memorato

pariete commune betere qui exfinat inter ipsa inferiora: et inter domum heredum memorati iohannis cuparii: et ibi in parte septentrionis est terra propria nostra de ipsa gamma et ipso capite de ipsa gamma vestra badit in parte septentrionis usque at parietem communem qui exfinat inter se et domum locapecoraria: et da memorato cellareo vestro in ibsa gamma vestra introitum vestrum abere debeatis. et a parte septentrionis coheret cellareo de memorato leone sicuti inter se parietem communem exfinat: et ipse leo abet regia sua unde ibidem anditum suum abere debet per regia commune da fore: et quantum intrat per ipsa regia commune da fore de latitudine quantum ipsa regia communis de fore esse videtur intus se. camprare se debeat ad ibsa regia sua qui intrat in ibso cellareo suo qui ibi est a parte septentrionis: et da ipsum stante de cantonem de ipsa regia sua qui ibi est a parte occidentis abinde in intro in parte occidentis est proprium.......... a parte orientis coheret ipse pariete vestrum qui exfinat infra ipso cellareo vestro et terra vestra: et inter memorate grade marmoreae vestre communes: et de heredibus *vestris* est arcum qui vobis dedimus: Insuper venumdedimus vobis et portione nostra de ipsum ortum memorati martini quantum nos exinde tetigit una cum arvoribus et *fructoras* suas et cum introitum suum per ipsum anditum communem et per ipsum cancellum et omnibus sivi pertinentibus: coherente ei ab una parte hortum heredum domini leoni sicuti inter *se termines* exfinat et a parte septemtrionis hortum domini iohanni de domino eustratio: et a parte occidentis exfinat termines. et a parte meridiana coheret parietem domui vestre... .....cancello commune: Unde nihil nobis ex omnibus memoratis aliquod remansit aut reservavimus: set av odierna die et semper hec omnibus memoratis quantum *vobis* dedimus de quantum nobis exinde pertinuit per ipsum dispositum omnibusque sivi pertinentibus a nobis vobis sit ventumdatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestatem *quidquid* exinde facere volueritis et neque a nobis nec a posteris nostris nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam exinde abeatis aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum in perpetuum propter quod accepimus a vos memorato iohanne et stephano calciolariis germanis exinde in presentis idest auri tari sexaginta quattnor sicut inter nobis convenit: Verumtamen pro vestra heredumque vestrorum salvatione quandoque ipse disposito ut necessum fuerit tunc vobis eum at legendum ostendere debea-

mus ubicumque necessum abueritis quia ita nobis stetit: si autem nos memorato stephano humilis abbas una cum cuncta congregatione monachorum memorati nostri monasterii aut nos memorata cuncta congregatio sacerdotum salutifera chartula memorati secretarii. memorate ecclesie sancte marie catholice maioris simulque aut nostris posteris quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumpserimus aut in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis memorato iohanne et stephano calciolariis germanis et at vestris heredibus auri solidos viginti quinque bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis et scriniarii scrivere rogatus et testes ut subscriberent rogatus per memorata undecima indictione †

† Ego stephanus umilis presbyter et abbas subscripsi †

† Stephanus presbyter et monachus subscripsi †

† Iohannes diaconus sancte neapolitane ecclesie et dispensator monasterii subscripsi †

† cesarius presbyter subscripsi †

† iohannes presbyter subscripsi †

† ego iohannes filius domini stephani rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes scriptor rogatus a memoratas personas testi subscripsi et memoratis tari traditos bidi †

† ego iohannes filius domini elia rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CXCIV.

an. 982. † In nomine domini nostri Ihesu Christi dei eterni. primo anno principatus domini Landenolfi gloriosi principis mense octuber undecima indictione. Ideoque ego Landolfo Comes filius idem Landolfi Comiti. Declaro quia sicut. humanus. ardor. decurrit in grabi infirmitatem unde de anc luce bitam sero finire. set tamen mens sana monet mecum habendo et recte loquendo pro mercede et redentione anime mee. ut ic et in futuro seculo a piissimo domino de peccatis meis requiem et indulgentiam. imbenire baleam. bolo ut si iudicio dei obenerit et ego de ista infirmitate ubi modo langues iaceo mortuus fuero quatenus a presenti siant pro anima mea offertum in monasterio sancte crucis sita in bertice montis qui dicitur berine. in finibus caiatiense. ubi dominus dardanus abbas preest. Idest integra ipsa ecclesia mea bocabulo sancti marci que constructa est in is dictis finibus caiatie loco ubi dicitur ceseranu. cum integre ipse terre mee, quante in nomine mee parates habeo. in predicto loco ceseranu. Insimul et integra ipsa terra mea. quem in nomine meo parate habeo. in loco ubi dicitur cristianisi. set pro quibus continet in lege nostra langobardorum in capitulum rotharii regis: qui costituit ut filius bibo patre de rebus suis. per nullum titulum dare aut alienare licead: excepto si habuerit filios legitimos aut naturales ut ipsi ei secundum legem conserbet nunc autem ego qui supra landolfus comes propiteor me habere filios legitimos et per conserbandos ipsos filios meos iustam lege. quam explicare....mei per hanc chartula iudico et dispono ut post meum transitum a presenti siant offertum in prefato monasterio sancte crucis de integra iamdicta ecclesia mea bocabulo sancti marci que constructa est ut diximus in prefato loco ceseranu que michi per cartula *obvenit* nobis mauro filio quondam ursi de eodem loco ceseranu........de terra una quem habuerat.. .... dicitur ubi eadem ecclesia constituta est per indicate finis. hoc est habente. *ex uno latere* fine terra mea qui supra comitis ex alio latere terra filii quondam siconi. unu capu tenet in memorato..........et aliu capu tenet in ipsa bia que est caba habet per singula capita per trabersum..............mensura de passu landoni seniori castaldei velut in ipsa cartula continere *bidetur*......siant offertum in prefato mona-

sterio integre ipse terre que habeo..... ..loco ceseranu quantum per cartulam........prima ex ipse cartule................................
donaberat michi qui supra landolfi comiti........terra sua quem habebat in eodem loco ceseranu et terra ipsa esse bidetur in ipsu monti........
.........per fines est mensurata in ipsa cartula continere bidetur......
.................est cartula continente quomodo barada filia relicta fuit quondam baronci et maio filius............ipsa cartula secundum legem donaberat mihi qui supra landolfi comiti due petie de terra que habuerat in loco ceseranu quem eique maioni pertinuerat per memoratu genitore suum et per datum angeli filii quondam algardi et eius adelfu de pertinuit per illu eius scriptum morgincap. prima petia nominatur in bineole. et ipsa secunda petia dicitur ad airola ad sorbu fermusuli per finis et mensuris velut in ipsa cartula continere bidetur tertia cartula est continente quomodo memorato mauro filio quondam ursi per ipsa cartula benumdederat michi qui supra landolfi comiti hoc est integra una petia de terra sua que erat fundo quem habuerat in eodem loco ceseranu. per finis et mensuris sicut in ipsa cartula continere bidetur. quarta cartula est continente in ea quomodo rattici filius quondam eodelbert quondam leocaroda per ipsa cartula benumdederat michi qui supra landolfi comiti una petia de terra sua quem habuerat in memorato loco ceseranu. et terra ipsa nominatur ad aqua bibola. per finis et mensuris belut in ipsa cartula continere bidetur. quinta cartula est continente quomodo memorato araselberto filio lupolfi per ipsa cartula benumdederat michi qui supra landolfi comiti integre due petie de terre sue quem habuerat in supradicto loco ceseranu ubi dicitur aqua bibola. per finis et mensuris sicut in ipsa cartula continere bidetur. Sexta cartula est continente in ea quomodo iohannes presbyter filius adelchisi et abitator fuerat in loco malianu propincu ecclesia sancti felici per ipsa cartula. benumdederat angeli presbyteri filii adelgardi et baronci cui super nomen lunisso clara filia magelpoti. hoc est integre duabus petie de terre sue que ille habuerat in predicto loco ceseranu: per finis et mensuris sicut in ipsa cartula continere bidetur Septima cartula. quomodo ipse angelo presbyter per ipsa cartula benumdederat maioni filii baronci. oc est una petia de terra sua que tando erat binea............que abuerat in finibus caiatie in suprascripto loco ceseranu et terra ipsa nominatur ad airola et sorbu fermusuli. per finis et

mensuris. sicut in ipsa cartula continere bidetur. Hoctaba cartula. quomodo araselberto filio lupolfi habitante de finibus caiatie. in loco ceseranu per ipsa cartula donaberat michi qui supra landolfi comiti. integre duabus petie de terre sue que habuerat in suprascripto loco ceseranu et terra ipsa nominatur ad bineale per finis et mensuris velut in ipsa cartula continere bidetur. Nona cartula continet quomodo unoalda filia maraldi. per ipsa cartula benumdederat mihi qui supra landolfo comiti integra medie quod erat sorte sua de integras due petie de terre sue quem habuerat in finibus caiatie loco ubi dicitur cristianisi infra fines et mensuris. belut in ipsa cartula *continere* bidetur que scripta est per petrum notarium. Decima cartula quomodo gaudio filio abitator de finibus caiatie loco cristianisi per ipsa cartula benumdederat michi qui supra landolfi comiti............ de duo petie de terre cum integrum ipsum fundum quem ille habebat in suprascripto loco per finis et mensuris belut in ipsa cartula continere bidetur. que scripta est per petrum notarium. roborata per *bonum* indicem et per alios testes. ideo bero iamdicta ecclesia sancti marci que superius diximus cum *integris iamdictis* terris que et quantes pro iamdicte cartule in nomine meo parate habeo ut diximus in prefato monasterio dedimus atque offeruimus una cum omnia ibi intro habentibus subter vel super et cum biis suis intrandi et exiendi. cuntum et integrum ipsos in prefato monasterio sancte crucis dedimus atque offeruimus. Ad possessionem prefati monasterii et de eiusque abbatibus rectoribus. ad abendum et possidendum et faciendum exinde omnia que ad pars suprascripti monasterii placuerit. Ideoque ego sichelgarda qui sum uxor bidelicet suprascripti landolfi comiti et filia quondam madelmi comestabuli Declaro me habere quartam partem in iamdicta ecclesia sancti marci et iamdictis territoriis que suprascripte cartule continunt quem suprascripto vir meus ut super in predicto monasterio offeruit pertinentes michi per illum meum scriptum morgincap qui michi predicto viro meo secundum lege datam et traditam est quem. inspirante michi omnipotes deus eadem quartam meam exinde in prefato monasterio dare adque offerre pro anima prefati viri mei bolo. et Ideo ego iam nominata sichelgarda una cum consensum. et bolumtatem supradicti viri et mundoalti mei: in cuius mundium me subiacere prebideor: per hanc cartula pro salbatione anime suprascripti viri mei. offero in predicto monasterio sancte crucis integra ipsa

quartam partem quem habeo in iamdicta ecclesia sancti marci. et in iamdictis terris. qualiter in iamdicta cartula *continentur* pertinentes michi ut diximus per eodem scriptum morgincap legibus ab eodem birum meum emisso cum omnia inferiora et superiora sua cumta et integra ipsa quarta mea de *suprascripta ecclesia* et de suprascriptis terris qualiter super diximus in prefato monasterio dedimus adque offeruimus ad faciendum exinde omnia que ad pars suprascripti monasterii et de eiusque abbatibus et rectoribus placuerit............ vir et conius dedimus adque offeruimus in predicto monasterio integre iamdicte cartule cum terris et cum omni continentia que continunt pro securitate adque defensione predicti monasterii. *et de eiusque* abbatibus et rectoribus ad faciendum exinde omnia que eorum placuerit unde de ea omnia suprascripta que in prefato monasterio offeruimus ut diximus nobis nec alicuilibet exinde *nihil* reserbabimus. Set cuntum et integrum ipsos in predicto monasterio dedimus adque offeruimus sicut supra diximus. Ea ratione quatenus amodo et semper prefatus monasterius eiusque abbatibus atque rectoribus firmiter habeant et possideant integram suprascriptam offertionem. Et obligamus nos qui supra landolfus comes et sichelgarda vir et conius tam ego qui supra sichelgarda. una *cum consensum et voluntatem* suprascripti viri et mundoalt nostri. nos et nostris heredibus tibi qui supra dardani abbati et ad subcessores tuos et ad pars predicti vestri monasterii integram nostram offertionem defendere ....semper hab omnibus illis hominibus et pars tibi cui vel ubi per nos vel per nostris heredibus ipsos *venundatum* vel alienatum paruerit. aut que pro parte et datum nostrum in qua................monasterio tollere aut contraire boluerit Ab aliis bero hominibus et partibus ....vestros et pars suprascripti vestri monasterii siatis exinde auctori et defensori cum................ iamdicte cartule quas in prefato monasterio offeruimus et cum aliis vestris rationibus quomodo...... ....melius potueritis et exinde omissi sint et causationem facere et peragere........................posteros vestros et pars suprascripti vestri monasterii sic in omnibus quomodo nos exinde facere *debeamus ut potuerimus* quia in tali ratione in prefato monasterio ipsos offeruimus. Si autem *nos qui supra landolfus* comes et sichelgarda vir et conius aut nostris heredibus hanc chartula offersionis. de quantum continet aliquando per qualecumque

ingenium disrumpere aut remobere quesierimus et non vobis et ad posteros vestros et ad pars suprascripti vestri monasterii fecerimus aut non compleberimus ec omnia per ipsu ordine sicut superius legitur quinquaginta vizantinos solidos *nobis* et nostris heredibus. vobis et ad pars suprascripti monasterii componere obligamus. et omnia supradicta in prefato monasterio percompleamus et hec chartula iudicationis adque offertionis de quibus continet firma et stabilis maneant in perpetuum et taliter nos qui supra vir et conius tamen ego qui supra sichelgarda una cum consensu et boluntate suprascripti viri et mundoalt mei pro salbatione anime nostre fecimus et te petrus notarius scribere rogabimus. Capua

† Ego qui supra landolfus comes

† Ego radelberto iudex

† Ego dauferius

CXCV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo tertio: sed et Constantino magno Imperatore anno vicesimo. die sextadecima mensis ianuarii indictione undecima neapoli: Certum est me stephano filio quondam ursi presbyteri qui fuit abitator in maranum: A presenti die promtissima voluntate: offero et trado tibi domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani: situm in viriario: qui appellatur casapicta: et per te et in memorata sancta et venerabili sancta vestra congregatione monachorum: idest integrum fundum meum positum in memorato loco maranum iusta illut puteum una cum tres peties de terras meas positas in memorato loco una petias ex ipsa terra posita in graniani et alia petia posita in campo maiore et nominatur corrigiola tertia petia posita at rovoreta: seu offero et trado tibi et per te et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio sanctaque vestra congregatione monachorum et integra domum mea in qua ego manere videor posita in regione neapoli in vico qui nominatur tiappafilitra intus curte maiore de petro bano seu offero et trado tibi et omne mea substantia quidquid modo abeo vel in antea parare et conquidere potueris per quobis modum. hec autem omnibus memoratis ut super legitur una cum arvoribus fructiferis et cum aeribus et aspectibus suis quanque cum introitas suas per porta et curte commune et cum omnibus sivi pertinentibus: ut av odierna die et deinceps iamdictis omnibus memoratis ut super legitur a me tibi et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio sit oblatum et traditum in bestra vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio sit potestate at abendum illut in sempiternum et neque a me memorato stephano neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vos memorato domino filippum venerabili igumeno aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: Verumtammen stetit inter nobis ut omnibus diebus vite mee siat in omnibus memoratis domnus et dominus at regendum et gubernando: post

an. 983.

meum revertantur in memorato sancto et venerabili vestro monasterio obitum ut super legitur: quia ita mihi vona voluntatis placuit: si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos centum bythianteos: et ec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis scriptoris discipulo domini sergii tabulario per memorata indictione ✝

hoc signum ✝ manus memorato stephano quod ego pro eu subscripsi ✝

✝ ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi ✝

✝ ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi ✝

✝ ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi ✝

✝ Ego iohannes dudum scriptor nunc vero Curialis Complevi et absolvi per ista in qua summus quintadecima indictione ✝

CXCVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo tertio: sed et Constantino frater eius magno Imperatore anno vicesimo: die undecima mensis martii indictione: undecima neapoli: Merissi divisionis facta a nobis aligerno filio quondam domini stephani: et drosu honesta femina filia quondam domini leoni de puteoli et quondam gemma honesta femina iugalium personarum hoc est vitrico et previgna ego memoratus aligernus pro vice muscu filia mea qui infra etate esse videtur quam habeo de quondam memorate gemme coniugi mee et ego memorata drosu cum volumtate iohannis aurifici viri mei: de terris positas in loco qui vocatur auderanu quas divisimus in tertiam partem inter nos et vos videlicet domina maria et maru honestis feminis uterinas germanas cognatas et thias nostras filias quondam domini ursi soceri et habii nostri et vos memoratas uterinas germanas cum volumtate domini stephani et iohannis herariis viribus vestris: Unde tetigit in ista portione prima te iam nominata maru IDest portio de corrigia de terra nostra in longum divisa hoc est a parte meridiana iusta terra ecclesie sancti cipriani at tertium et iusta terra basilii filio petri monachi: Unde reliqua portio a parte septentrionis: iusta terra heredum quondam petri appisicci et iusta terra iohannis romani et iusta terra heredum leoni de auderanu et iusta terra ipsius heredum petri appisicci tetigit in portione secunda. sicuti inter ista portione et portione secunda sex termines exfinant: primo termine qui est fictus in parte hoccidentis iusta via companiaria et quomodo monstrat in parte horientis in secundo et tertio seu quarto et quinto seu sexto termine qui est fictus iusta terra qui fuit iohanni filio helie et ista portio coheret in ipso capite parte horientis terra portionis tua memorata maria qui antea tetegit per anteriora merissi divisionis tua et in aliquantum memorata terra iam nominati iohanni filio memorati helia: et at memorata portione secunda coheret in memorato capite parte horientis memorata terra qui fuit memorati iohanni filio memorati helie: Item tetigit hic et sexuncias de terra nostra qui vocatur fundum in longum divisum hoc est a parte meridiana iusta terra qui fuit memorati iohanni filio helie Unde reliquas

an. 983.

sexuncias a parte septentrionis: iusta alia terra qui fuit memorati iohanni tetigit in portione secunda et sint omni tempore ambe portionis de ista terra qui vocatur fundum ad equale mensura: et in capite parte horientis at ambe portionis de ista terra qui vocatur fundum coheret memorata via: hec vero portio prima cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas omnibusque: eis pertinentibus legationis vero de dispositum quondam memorati domini ursi soceri et habii nostri ut continet sit nobis nostrisque: heredibus firmus et stavilis sicud ipsa legatio continet Interea promitto ego memoratus aligernus cognato vestro pro vice de memorata muscu puerula filia mea ut ipsa et suos heredibus in omnibus memoratis atimplere et conservare faciamus et si minime hobservare noluerint tunc ego et heredes meis per invitis hobservare faciamus et atimplere sine omni vestra damnietate quia ita nobis stetit. et pars qui se retornari presupserit de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componat pars infidelis et heredes eius at partem fidem servanti eiusque: heredibus auri solidos viginti bythianteos: et hec merissi ut super legitur sit firma: scripta: per manus iohannis curialis per indictione: memorata undecima

hoc signum ✝ manus memorati aligerni pro vice memorate muscu puerula filia sua signum ✝ manus memorata drosu cum volumtate memorati iohanni aurifici viri sui hoc est viritico et previgno: hoc signum ✝ manus memorate marie cum volumtate memorati stephani erarii viri sui hoc signum ✝ manus memorate maru cum volumtate memorati iohannis erarii viri sui quod ego qui memoratos pro eis subscripsi ✝

✝ ego aligernus filius domini leoni rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✝

✝ ego ioannes filius domini petri monachi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✝

✝ ego ursus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✝

✝ Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima ✝

CXCVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore domino nostro basilio magno Imperatore anno *vicesimotertio* sed et Constantino magno imperatore frater eius anno vicesimo. Die undecima mensis martii indictione undecima neapoli. Certum est nos drosu humilem abbatissam monasterii sanctorum marcellini et petri puellarum dei. una cum cunta nostra congregatione monacharum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate promittimus vobis domino iohanni filio quondam domini petri monachi et domina anna gloriosa femina hoc est iugales. propter integrum hortum nostrum iuris memorati sancti et venerabilis nostri monasterii pertinente memorate nostre congregationis monacharum ubi antea fuit ecclesia nostra sancti renati constitutam bero intus hanc civitatem neapolis sub ipso nostro monasterio in loco qui vocatur patricciana regionis porta nobense una cum quantum ibidem pertinet de curte commune et de transendam ubi fuit porta commune et de alia transendam qui est a foris ipsa porta qui benit a platea pubblici simul cum introitum suum per ipsas transendas et porta seu curte commune dies noctuque omnibusque eis pertinentibus. Coherente sivi ipse horto nostro a parte horientis hortum gregorii qui nominatur de altanum sicuti inter se maceria exfinat. et a parte septemtrionis est memoratus noster monasterius. ab occidentali autem parte griptas nostras que in nostra resarvavimus potestatem. et terra bacua nostra qui est ante ipsas griptas nostras et memorata curte commune unde vobis superius portionem dedimus quantum ad ipsum hortum pertinet. a meridiana quoque parte hortum heredum boni naupigii sicuti inter se exfinat signata et termini. qui vero memoratum hortum nostrum qualiter per memoratas coherentias exegregavimus omnibusque sivi pertinentibus ut super legitur dedimus vobis vestrisque. heredibus pro balneum ibidem faciendum et habendum. In eo enim tenore ut vos et heredes vestris in eodem hortum nostrum sibe in gripta que iam ibidem imbenistis subtus terra ubi vobis placueris balneum ibidem facere et habere debeatis ad omni vestro expendio perenniter. Insuper licentiam habeatis ibidem puteum facere pro ipsum balneum. Iterum licentiam habeatis iuxta eodem balneum facere et habere

an. 983.

expoliatorium et lenarium nec non et pro quantum meruerit pro havitationes et ante fornace ipsius balnei et pro omnem hordine et opus ipsius balnei quod ad ipsum balneum meruerit iusta rationem licerem habeatis ex ipsum hortum nostrum tollere et facere illud ad omni vestro expendio. et ipse balneo cum havitationes seu stationes suas et cum omnibus eis pertinentibus in vestra vestrisque. heredibus sint potestatem. et omnia quodcumque exinde tollere et habere potueritis per quovis modum in vestra vestrisque. heredibus sint potestatem unde nullam partem nos et posteras nostras vobis vestrisque. heredibus exinde queramus. tantummodo nos et posteras nostras semel per omnes menses quando ipse balneus lavaverit licentiam habeamus descendere et benire per ipso nostro monasterio ad ipsum balneum pro lavandum. et vos aut heredes vestri nobis posterasque. nostras faciatis facere balneum bonum. et aquam nobis dare quantum iustum fuerit gratis. et si nos aut posteras nostras totaque ipsa nostra congregatio noluerimus ibidem simul benire adunate at lavandum licerem habeamus de omnes quindecim in quindecim dies ibidem benire media ipsa nostra congregatio at lavandum. et vos et heredes vestris ad eas facere faciatis ipsum balneum bonum pro lavandum quale iustum fuerit gratis. set qui ex nos aut de posteras nostras servitrices habuerit licerem habeas secum sivi illas portare at lavandum gratis. et quando per nos aut posteras nostras benerimus pro lavandum ad ipsum balneum nobis adsignare debeatis ipsum balneum et nullum alium hominem nec virum nec mulierem ibidem recipere minime presumetis dum nos ibidem lavaverimus. Insuper vos et heredes vestris nobis posterasque. nostras memorataque nostre congregationis dare et dirigere debeatis in eobdomada de ipsa festium sanctorum marcellini et petri absque. omni aricationem. et numquam presummimus nos aut posteras nostras nec memoratus sanctus ac venerabilis noster monasterius nec habeamus licentiam aliquando tempore memoratum balneum quem feceritis cum havitationes et stationes suas cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus ut super legitur vobis vestrisque heredibus tollere per nullum modum nec per summissis personis. facientes et adimplentes vos et heredes vestris nobis posterasque. nostras ipsas consuetudines lavandi et ipsas obas centum ut super legitur. Verumtamen si ex ipsum hortum nostrum remanserit quem minime fiat et pertineat in opus et utilitatem ipsius balnei secundum beram rationem et sicut

iustum fuerit ut super legitur in nostra posterasque. nostras memorataque nostre congregationis sint potestatem. Interis omnibus stetit inter nobis ut si vos memoratis iugales aut propriis vestris heredibus totis ovieritis sine proprium heredem ita ut de vos aut de vestris propriis heredibus non remanserit proprius heredes tunc sexuncie ex ipsum balneum cum omnibus eis pertinentibus in nostra posterasque. nostras memorataque nostre congregationis rebertantur potestatem gratis. et reliquas sexuncias exinde similiter in nostra posterasque. nostras ipsius dicte nostre congregationis rebertantur potestatem. Dantes exinde nos aut posteras nostras memorataque nostra congregatio pretium quantum appretiatum fuerit ipsas reliquas sexuncias cui vel ubi vos disposueritis aut iudicaveritis per manus cui disposueritis. et si ipsum pretium dare noluerimus tunc ipsas reliquas sexuncias ex ipsum balneum cum omnibus ei pertinentibus badat et rebertat cui vel ubi vos iudicaveritis absque. omni nostra requesitione. actamen per ipsum introitum et porta commune iterum nos et posteras nostras et hominibus qui abitaverint in ipsis griptis nostris licerem habeamus ingredere et egredere cum omni nostra et eorum utilitates. Quia ita inter nobis stetit atque complacui: Si autem nos aut posteras nostras vel memoratas sanctus noster monasterius quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumserimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis vestrisque. propriis heredibus auri libra una bythiantea et hec chartula promissionis ut super legitur sit firma: scripta per manus petri curialis per indictione memorata undecima † Hoc signum † manus memorate drosu abbatisse. signum † maru monaca cacapice. signum † manus theoctisti monache qui super nomen seroniula. signum † manus marie monache que super nomen bolumbula. signum † manus theodoru monache et anna monache et marie monache de illu episcopus signum † manus marie monache capreana et anna monaca sirrentine quod ego qui memoratos pro eas subscripsi † et hoc memorati sumus ut a modo complentes duos annos in supra debeatis vos et heredes vestris facere gradas favritas in eodem hortum nostrum ut capite ex ipsas gradas beniat et detineat in solareum nostrum unde nos et posteras nostras ascensum et descensum habeamus ad ipsum balneum quando benerimus ad lavandum et at ipsum reliquum ex ipsum hortum qui nobis remanserit ut super legitur.

† ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥC ΑΒΒ ΕΘ ΕΙΟΥC ΚΟΝΓ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΜΟΝ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑ ΑΒΒ ΕΤ ΕΙΟΥC ΚΟΝΓ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ego gregorius filius domini sergii rogatus a suprascripta abbatissa et eius congregatione testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

CXCVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo tertio sed et constantino frater eius magno Imperatore anno vicesimo die octaba decima. mensis aprilis indictione undecima neapoli: Certum est me paulum filium quondam iohannis de pacificum a presenti die promtissima volumtate venundedi et tradidi vobis petro filio boniti et theodonanda iugales idest una petia de terra mea posita ad marsicanum ad sanctum sossum una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus coherente sivi ab una parte terra tua et de germani tui et de heredes quondam cinnami et de uno capite coheret terra tua: et de alio latere coheret terra stephani presbyteri nepoti meo sicuti inter se fossatus et sepis exfinat: et de alia parte coheret terra vestra et modicum de sancta maria had paradisum: unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena persona commisi potestate: set av odierna die et deinceps iamdicta memorata petia mea de memorata terra una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus quatenus vobis illas per memoratas coherentias insinuavi sicut superius legitur a me vobis sit venundatas et traditas in vestra vestrisque heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis liberam habeatis potestate: et neque a me neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos aut heredes vestris quod absit abeatis exinde requisitione aut molestia ha nunc et in perpetuis temporibus: insuper omni tempore ego et heredes meis exinde ab homni homine omnique persona vobis vestrisque heredibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a vos idest auri tari biginti ut inter nobis combenit: si autem ego aut heredes meis contra hanc chartula venditionis ut super legitur venire quesierimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula sit firma scripta per manus iohanni curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato paulo quod ego pro eum subscripsi et memorati tari traditos bidi †

an. 983.

† ego iohannes filius domini stephani rogatus a suprascripto paulo testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascripto paulo testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego gregorius filius domini stefani rogatus a suprascripto paulo testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CXCIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo quinto: sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo secundo die vicesima secunda mensis martii indictione tertia decima neapoli: Certum est nos ioaquintho presbyterum filio quondam lupi presbyteri et petro filio quondam adi et sasso filio quondam iohannis ego memorato sasso pro vice mea et pro vice de germanis meis et alfano filio quondam maurini et ioanniperto filio quondam uguisoni et petro seu uguiso germanis filiis quondam mari: abitatoribus in mila territorio cymiterense: A presenti die promittimus vobis domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani situm in viriario qui atpellatur casapicta: propter integra portione de fundoras et de omnes terres cultes et non cultes longinquis et propincis montis et collis planis silbis ribis scapulis una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis quanque cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus positas in memorato loco territorio cymiterense: qui vobis et at memorato sancto et venerabili vestro monasterio obbenit per chartulam offertionis que fecit ille brincule cum omnia que continet: quas vero memorata integra portione de memorata fundoras et de memorate omnes terres ut super legitur: nobis nostrisque heredibus dedistitis at responsaticum at detinendum: in eo tenore ut in nostra nostrisque heredibus sit potestate tenendi et dominandi seu lavorandi et seminandi et super nos recolligendi subtus et super unde nobis nostrisque: heredibus nullam partem non queratis per nullum modum: tantumodo nos et heredibus nostris omni annue per totum augusto mense vobis vestrisque: posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio responsaticum dare et atducere debeamus. hoc est fasioli rubei modia decem et auri tari dui boni et in natibitate domini parium unum de perne porcine bone et unum parium de pulli boni et due quarte de olibe et due quarte de nuce insimul tractum paratum usque: intus portas memorati sancti et venerabilis vestris monasterii mensuratum at modium iustum de commedendum et at quarta iusta: sine omni ammaricatione: unde ego memorato ioa-

an. 985.

quintho presbyterum et heredibus meis una cum nepotibus meis et cum heredibus suis dare debeamus medietate et nos memorato alfano et iohanniperto cum heredibus nostris et una cum nepotibus nostris et cum heredibus suis dare debeamus medietate: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio nobis nostrisque heredibus illos tollere per nullum modum dantes nos et heredibus nostris omni annue vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio memoratum responsaticum ut super legitur et nec nos nec heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio illos non iactare per nullum modum: insuper stetit inter nobis ut si nos et heredibus nostris vobis vestrisque: posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio non atduxerimus omni annue memoratum responsaticum ut super legitur per totum augusto mense et vos et posteris vestris illuc at pignorandum veneritis tunc nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et at caballis vestris manducare et vivere dare debeamus quomodo iustum fuerit: Insuper omni tempore vos et posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio nobis nostrisque: heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeatis a partibus militie neapolitanorum: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos duodecim bythianteos et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis scriptoris discipulo domini sergii curialis per memorata tertia decima indictione †

hoc signum † manus memorato ioaquintho presbyterum seu petro quamque sasso memorato sasso pro vice sua et pro vice de germanis suis: signum † manus memorato alfano et iohanniperto et petro et uguiso germanis quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego manso filius domini simeoni rogatus a suprascripta personas testi subscripsi †

† ЕГО $\overline{\text{IΩ}}$ ΦΙΛΙΟΤC $\overline{\text{ΔΝ}}$ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΤC Α $\overline{\text{CCTA}}$ $\overline{\text{ΠC}}$ΟΝΑC ΤΕCΤΙ $\overline{\text{COΤB}}$ †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego iohannes dudum scriptor nunc vero Curialis complevi et absolvi per ista in qua summus quintadecima indictione †

CC.

an. 985. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno bicesimo quinto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno vicesimo secundo: Die tricesima mensis aprilis indictione tertiadecima neapoli: Certum est me iohannem umilem presbyterum filium quondam baronci: a presenti die promitto vobis domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani situm in biridiarium: propter integra ecclesia vestra vocabulo sancte eufimmie qui sita esse bidetur in regione ficariola iuxta murum pertinente de memorato sancto et venerabili vestro monasterio: ubi domino bolente me ibidem custodem hordinastitis: In eo tenore ut ego in ipsa hecclesia vestra de dies ante horas vel post horas hofficium sacerdotalem facere debeo lumminariorum vero concignatione celebra et exivere debeo: cunctis diebus vite mee: et pro alimoniis meis dedistitis mihi: Idest integrum hortum qui est ante ibsa hecclesia vestra una cum cella qui est inter ibsum hortum seu pischina qui ibi est et una cum quantum at ibsa hecclesia vestra pertinet cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus: In eo vero tenore ut in mea sit potestatem diebus vite mee illos tenendi et dominandi: seu curiositatem in omnibus ego abendo quicquit baluero quamque frugiando ut de ipsa frugia faciam ego que voluero: et omnia quod ibi in ipsa hecclesia hoblatum fuerit a viribus et a mulieribus mee sit potestatis: si autem fuerit inmobilem aut quacumque mobilem maiorem siat hoffertum in ipsa hecclesia vestra: et numquam presummetis vos seu posteris vestris nec memoratus sanctus et venerabilis vester monasterio ibsa hecclesia vestra cum omnibus sivi pertinentibus: ut super legitur diebus vite mee illos tollere aut qualecumque persona eos dare per nullum modum cunctis diebus vite mee: tantummodo ego diebus vite mee vobis posterisque vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio per omni annuo dirigere debeo Idest dua paria de hoblate unum parium exinde in nativitate domini et alium unum parium exinde in sanctum pasce nullam ex ipsa dua paria de hoblate per omni annuo per ibsa constituta mittentes hoccansionem per nullum

modum et at meum vero transitum tunc ipsa hecclesia vestra cum omnibus sivi pertinentibus in vestra vestrisque: posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio rebertantur potestatem cuius esse bidetur: et cui eos largire volueritis licentiam et potestatem habeatis: Insuper ego memoratus iohannes presbyter ibidem in ipsa hecclesia dimictere debeo: idest una planeta linea cum horarium seu corporalem suum: Verumtamen vos mihi modo atsignastitis mobilia Idest de ipsa hecclesia vestra in primis unum pannum qui est utreccium bonum cum una sindone de altare et unum faciestergium stellatum plummatum et mappula cum tres cruces in medium de antiscum plummate: et alie quinque mappulelle pictule et turabulum de ramme unum cum duas cruces una exinde ferrea et alia una exinde herea cum una coronella de ramme: quaterni dui de festivitate memorate sancte eufimmie unum quaternum de sanctum cerbasum sericum gesta sua liver commite plenarium unum franciscum scriptum kalice sanctum de stagnum desuper inargentatum cum pathina sua de stagnum: serolella pictula una ab aqua sanctificata: ut illos faciat salbum at ipsa hecclesia vestra quia hita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego diebus vite mee vobis posterisque: vestris et at ipsa congregatione vestra monachorum vel at memorato sancto et venerabili vestro monasterio simul et at ipsa hecclesia vestra beate eufimmie auri solidos triginta sex bythianteos et hec chartula hordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata tertiadecima indictione †

et hoc memoratus sum ut quantum in ipsa hecclesia vestra at conciandum abuerit ego illos conciare debeo absque: omni datam occasionem sin autem maneat in memorata poena †

† ego iohannes presbyter subscripsi †

† ego gregorius scriptor rogatus a memorato iohanne presbytero testi subscripsi †

† ego petrus filius domini sergii rogatus a suprascripto iohanne presbytero testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascripto iohanne presbytero testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi die et indictione memorata tertia decima †

CCI.

Christe fave.

an. 985. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimoquinto sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo secundo die vicesimasexta mensis iulii indictione tertiadecima neapoli: Certum est me maru honesta femina filia quondam domini stephani et quidem domina anna monaca cui supra nomen musa iugalibus. Cum consensum et voluntate presenti domini gregorii viri mei: A presenti die promtissima voluntate. promitto vobis domino petro venerabili abbati monasterii sanctorum severini et sossi ubi eorum venerabilia quiescunt corpora. et domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschi qui nunc. congregatus es in monasterii sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. et per vos at cuncte vestre congregationis monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integra portione mea qui mihi pertinet vel pertinentes fuerit per memoratis iugalibus genitoribus meis de omnem illorum hereditate seu substantias de intus et foris. simul et de omnem illorum. ospitatum fundatum et exfundatum. omnibusque: atiacentibus et pertinentibus eis. Insimul undecumque aut quomodocumque eidem memoratis iugalibus genitoribus meis pertinuit. aut pertinentes generaliter fuerit per quobis modum. Ut si quod absit et ego at meum transitum non reliquero proprium heredem. aut si reliquero et ipse proprius meus heredes mortuus fuerit absque: proprium heredem. ut non remanserit ex eis proprium heredem quod est de uxoribus et viribus illorum. qui illud hereditent. a tunc memorata integra portione mea qui mihi pertinet vel pertinentes fuerit per quobis modum. per memoratis iugalibus genitoribus meis de memoratas homnis illorum hereditate seu substantias de intus et foris. simul *et de omnem illorum* ospitatum fundatum et exfundatum. omnibusque atiacentibus pertinentibus eis insimul. undecumque vel quomodocumque eidem memoratis iugalibus genitoribus meis pertinuit. aut pertinet vel pertinentes fuerit per quobis modum. in integro et sine omni minuitate in vestra et de vestris posteris et de eidem

memorate sancte et venerabilis vestre congregationis monachorum. presentibus et futuris rebertantur et sint potestate pro animabus nostris quidquid exinde facere volueritis dividendi inter vos illud per medietate. et sic vos et posteris illud abere et dominare seu hereditare debeatis tamquam si heredes meis fiatis. tantummodo vos et posteris vestris tunc dare debeatis in bultus sancte dei genitricis que pingere feci in illa porta de sancta maria. ad albini auri solidos duos ut fiant ipsi solidi ibidem omni tempore salbi: Si autem aliter fecerimus et minime atinpleverimus ego vel heredes meis de is omnibus memoratis per quobis modum. aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus. auri solidos quadraginta bythianteos et hec chartula qualiter et quomodo continet sit firma: scripta per manus sergii tabularii scribere rogatus per indictione memorata tertiadecima †

hoc signum † manus memorate maru cum consensum memorati gregorii viri sui quod ego qui memoratas ab eis rogitus pro eis subscripsi † et oc memoratas sum quia quando tunc dederitis vos et posteris vestris memoratos duos solidos in iamdictum bultus sancte dei genitricis ut super legitur similiter tunc dare debeatis in ecclesia sancti leutii alios duos solidos

† ΕΓΟ ΘΕΟΔΟΡΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΛΕΟΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΣΤΟΣ ΙΟΥΓΑΛΕΣ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ †

† *εγο λεο φιλιουσ δν σεργι προτοσπαθαριο ρογατουσ α σστοσ ιουγαλεσ τεστι σουβ* †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΣΠΑΡΑΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α ΣΣΤΟΣ ΙΟΥΓΑΛΕΣ ΤΕΣΤΙ ΣΟΥΒ †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per indictione memorata tertiadecima †

CCII.

an. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante do-
985. mino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo *quinto* sed et costantino frater eius magno Imperatore anno vicesimo tertio: die hoctava mensis septembrii indictione quartadecima neapoli. Combenit denique cum domini amore et bona fraternitatis hordine inter nos basilio subdiaconi et iohannem: quamque gemma honesta femina et *euphimia honesta phemina* uterinis germanis filiis et filias quondam domini ursi: et quondam domine maru honesta femina iugalibus: ego memorata gemma honesta femina relicta quondam domini gregorii: et vos videlicet domino petro et theodoro set vero anna honesta femina. et gregorio uterinis germanis nostris: tu memorata anna honesta femina cum consensu domini petri viri tui: et divisimus inter nobis: homnem hereditate seu fundoras cum omnibus eis pertinentibus: qui nobis pertinuerunt per memoratis iugalibus genitoribus nostris in duas partes: Undetigit in ista portione prima vos memorato petro et memorato theodoro quamque memorata hanna honesta femina et memorato gregorio uterinis germanis nostris totis quatuor: Idest omnes terras quantas abemus in apolline foris flubeum cum fundoras et olibetum et curtaneas hoc est cultum vel incultum et cum fructoras et cum apendicibusque: suis: set vero tetigit hic in ista portione prima: et omnes terras quantas et quales abemus in mascarella foris arcora cultas vel incultas quantas ivi abemus in memorato loco mascarella foris arcora: simulque tetigit hic et homnes terras quantas et quales abemus in caucilione: una cum fundoras et curtaneas et cum apendicibusque: suis: insuper tetigit hic: et quantas terras abemus in decatitianum cultas vel incultas et cum atpendicibusque: suis: quamque tetigit hic: et quantas terras abemus in balusanum una cum omnibus eius pertinentibus: iterum tetigit hic et quantas terras habemus in quarto maiore cultas vel incultas una cum monte et scapulas suas et cum atpendicibusque: suis una cum gripta que vocatur ad illum furnillum et cum piscinis suis et omnibus sivi pertinentibus: simulque tetigit hic et fundoras et omnes terras quantas et quales abemus in loco qui vocatur murtilianum at sanctum petrum at paum: quantum et quomodo ivi abemus

per memorata genitrice nostra. una cum dulea et palmentum et omnibus eius pertinentibus: quamque tetigit hic et terras quantas vobis pertinet per memorato genitore nostro in memorato loco murtilianum at sanctum petrum at paum quem ipse genitor noster datum abuit at pastenandum cum domino basilio thio nostro ut ipsa portio et pertinentia de memorato genitore nostro exinde in ista tetigit portione: cum omnibus eis pertinentibus: simulque tetigit hic et omnes terras quantas et quales abemus at casa pagana foris gripta: seu et integrum campum nostrum qui nominatur campum de spatharum iusta sanctum bitale una cum sorte nostra integra de puteum aque bibe: et cum curtanea nostra ividem: et cum portione nostra de palmentum: set vero et omnes terras nostras quantas et quales abemus in foris gripta cum atpendicibusque: suis: insuper tetigit hic. et integra clusuria nostra de terra quam abemus in loco qui vocatur cyranum posito super clibum benbum: set vero tetigit hic et fundo et terras quas abemus in bacilianum super clibum de galoro cum atpendicibusque: suis: hec vero portio cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus eius pertinentibus: Unde at bicem tetigit in portione secunda nos memorato basilio subdiacono et memorato iohanne et memorata gemma honesta femina et memorata eufimia honesta phemina totis quatuor germanis et germanas: idest omnes terras quantas et quales abemus in maranum cultas vel incultas et cum fundoras et cum scapulis et ribis set vero silbis et cum curtaneas et cum piscinis nostris una cum atpendicibusque: suis: quantas in memorato loco maranum abemus: una cum omnibus eis pertinentibus quantum nobis pertinet per memorata domina maru genitrice nostra vel per alium quolivet modum: prima terra que nominatur casanoba et tricina quantum ivi abemus: et alia terras que vocatur teboras et granianum pictulum: et quantum ivi abemus quot ipse genitor noster dedi at pastenandum ad anastasio et fundum nostrum: et silbis quantum abemus in tomatitianum: et quantum abemus in centum una cum omnia quantum in memorato loco maranum abemus: memorata portio secunda qui nos tetigit in ipsa portione secunda una cum arboribus et introitas earum et cum piscinis et silbis et omnibus sivi pertinentibus legati vero de dispositum quod fecit memoratis iugalibus genitoribus nostris ut continet sit inter nobis nostrisque heredibus firmus et stabis de omnibus memoratis: et pars qui se

retornare presumpserit de his omnibus memoratis per quolis modum aut summissis personis tunc componat pars ipsius infidelis et suis heredibus at partem fidem serbantis eiusque: heredibus auri libras duas bythianteas et hec divisio ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis scriptoris discipulo domini gregorii curiali et scriniarii per memorata quarta decima indictione.

hoc signum † manus memorata gemma honesta femina et memorata eufimia honesta phemina germanas memorata gema relicta quondam domini gregorii ego qui memoratos ab eis rogatus pro ei subscripsi †

† ego basilius ypodiaconus subscripsi †

† ego theodorus subscripsi †

† ego gregorius subscripsi †

† ego iohannes subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis rogatus a memoratas personas testis subscripsi †

† ego theodorus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

CCIII.

† In nomine domini nostri Iesu Christi Dei Eterni quarto Anno principatus domini nostri landenolfi gloriosi principis.. Mense december: quartadecima indictione..Nec non et septimo Anno pontificatus domini stephani venerabilis episcopi..quo deo fabente sancte Caiatie sedis consecratus antistites sicut canonica continent decreta..Nulli licitum ubicumque construere horatoria absque notitia et licentia episcopi cuius diocesim subiacent: Nam omnes ecclesie cunctaque horatoria in dicione debent esse presulis cuius diocesim esse bidentur: Quamobrem nos prephatus stephanus episcopus tam episcopali auctoritate fulti quam precessorum nostrorum secuti exemplar qui plurimas ecclesias liberas fecerunt: precatu...........archidiaconi nostri dilecti cum consensu sacerdotum ac levitarum ceterorumque ordinum clericorum per hoc nostrum roboreum preceptum concessimus. an. 985.

....

in finibus caiatie in castro qui dicitur........quem landulfus.........amore dei et redemptione anime sue a nobo fundamine solidavit ad laudem et gloriam domini nostri iesu christi vocabulo sancte crucis edificare fecit et monasterium inde construxit sit absolute livera amodo et deinceps ab omni condicione episcopalis dominationes: Quemadmodum nullo olim tempore quilivet nostrorum successorum presulum seu sacerdotum vel cuiuscumque gradus clericorum in illa dominandi licentiam abeat vel censum aliquem aut reditum exigat de ea bel de cunctis pertinentiis eius. Nullique alteri ecclesie subiaceant set in sola vestra potestate heredumque vestrorum cum integris suis pertinentiis: eam subditam esse censemus: eo quod landolfus comes genitore vestro. eam construxit: et si abbas fuerit defunctus qui eamdem ecclesiam regere videtur quem bos ibidem ordinatum abetis: semper licentiam et potestatem abeatis: Vos et vestri heredes ibidem abbas talem et.......qualem ipsi monachi eligunt qui in eodem cenovio sunt congregati ....

per deum omnipotentem simplum et trinum eiusque omnes sanctos adiuramus et presbiterum quem vos aut heredes vestri ibi ordinaveritis: Non abeamus nos aut successores nostri licentiam excomunicare anathematizare

vel quodcumque *censum* aliquando ab eisque querere......... predicti sacri nostri episcopii et ut ab eis hoc libertatis scriptum incunctanter credatur sigillo nostri episcopii continente intus imaginem sancte dei genitricis virginis marie et in giro nomen eius affiximus rovoratum Quam videlicet libertatis absolutionem tivi........ presbiteri et iohanni scribere iussimus nec non et propriis manibus sacerdotes reliquosque clericos nostros se subscribere iussimus et pro confirmatione supradictorum omnium secundum consuetudinem preceptorum manu nostra subscripsimus. Actum Caiatie in sacratissimo archiepiscopatu feliciter

† BENE VALETE.

CCIV.

† In nomine domini dei salvatoris iesu christi. Anno ab incarnatione Domini nungentesimo octoagesimo sexto. quam et quarto anno principatus domini landenolfi excellentissimi principis mense aprelis quartadecima indictio. Nec non et quinto anno domini adenolfi egregii Archipresulis. quo deo favente sancte capuane sedis archipresul consecratus est: Sicut canonica continet decreta. nulli licitum est ubicumque construere quecumque oratoria. absque notitia et licentia archiepiscopi: cuius diocesim subiacent nam omnis ecclesia cunctaque oratoria. in dicione debent esse archipresulis. in cuius diocesim esse videntur. Quam ob rem nos prephatus adenolfus archiepiscopus. tam archiepiscopali auctoritate fulti. quam precessorum nostrorum secuti exemplar qui plurimas ecclesias liberas fecerunt. precatu auloaldi archidiaconi nostri dilecti. cum consensu sacerdotum ac levitarum. ceterorumque ordinum clericorum. per hoc nostrum roboreum preceptum concessimus ut ecclesia quam tu domina Aloara serenissima principissa. et predictus dominus landenolfus magnificus princeps tuus filius vocabulo sancti laurentii levite et martyris intus istam predictam capuanam civitatem a novo fundamine construxistis. sit absolute libera amodo et deinceps. ab omni condicione archiepiscopalis dominationis. quem ad modum nullo olim tempore quilibet nostrorum successorum archipresulum. seu sacerdotum. vel cuiuscumque gradus clericorum in illa dominandi licentiam habeat. vel censum aliquem aut reditum exigat de ea. vel cunctis pertinentiis eius. nullique alteri ecclesie subiaceat sed in sola vestra potestate heredumque vestrorum. cum integris suis pertinentiis eam subditam esse censemus. eo quod in proprio territorio vestro eam construxistis. Et si presbiter fuerit defunctus qui eandem ecclesiam regere videtur quem vos ibidem ordinatum habetis. semper ibi sacerdos talis ordinetur. qualem volueritis vos et vestri heredes. Quam quidem nostre absolutionis ac libertatis emunitatem. a nullo ex nostris removeri successoribus per deum omnipotentem simplum et trinum eiusque omnes sanctos adiuramus. et presbiterum quem vos aut heredes vestri ibi ordinaveritis. non habeamus nos aut successores nostri licentiam excommunicare *nisi per certam et appropatam culpam*. et ut ab eis hoc libertatis

an. 986.

scriptum incunctanter credatur. sigillo nostro continente intus imaginem sancti protomartyris stephani. et in gyro nomen eius affiximus roboratum. Quam videlicet libertatis absolutionem tibi iohanni subdiacono primicerio et bibliothecario nostro scribere precepimus. nec non et propriis manibus sacerdotes. reliquosque clericos nostros se subscribere iussimus. et pro confirmatione supradictorum omnium secundum consuetudinem preceptorum manu nostra subscripsimus. Actu Capuae in sacratissimo Archiepiscopatu feliciter.

† ego qui supra auloaldus archidiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego petrus diaconus. ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi.

† ego leo diaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego toto archipresbiter ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi.

† Ioannes presbiter et primicerius. ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi.

† ego bonipertus presbiter ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscribsi.

† ego audoaldus subdiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego ioannes subdiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscribsi

† ego leo subdiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† BENE VALETE

CCV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri iesu christi. Anno ab incarnatione domini nungentesimo octoagesimo sexto. quam et quinto anno principatus domini landenolfi excellentissimi principis mense aprelis quartadecima indictio. Nec non et sexto anno domini adenolfi egregii archipresulis. quo deo fabente sancte capuane sedis archipresul consecratus est. Sicut canonica continent decreta. nulli licitum est ubicumque construere quecumque oratoria. absque notitia et licentia archiepiscopi. cuius diocesim subiacent. nam omnes ecclesie cunctaque oratoria. in dicione debent esse archipresulis. in cuius diocesim esse videntur. Quamobrem nos prephatus adenolfus archiepiscopus. tam archiepiscopali auctoritate fulti. quam precessorum nostrorum secuti exemplar. qui plurimas ecclesias liberas fecerunt. precatu auloaldi archiadiaconi nostri dilecti cum consensu sacerdotum ac levitarum. ceterorumque ordinum clericorum. per hoc nostrum roboreum preceptum concessimus ut ecclesia quam tu domina aloara serenissima principissa. et predictus dominus landenolfus magnificus princeps tuus filius vocabulo sancti laurentii levite et martiris intus istam capuanam civitatem a nobo fundamine construxistis. pro redemptione animarum vestrarum et domini paldolfi principis et marchionis et domini landolfi principis et domini atenolfi marchionis et domini paldolfi principis. et domini landolfi et domini gisolfi. In qua etiam cenobium serborum dei preordinasti sit absolute libera amodo et deinceps ab omni condicione archiepiscopalis dominationis cum omnibus rebus et pertinentiis suis sive quas inferius declaramus sive quascocumque modo ad possessionem predicte ecclesiae eius rectores adque custodes acquirere potuerint set ex is que nunc possidet aliquas nominamus in primis ipsas terras et presas quomodo circumdat eas murus cum uno pede extra ipsum murum appede de manu landonis senioris castaldei mensurato in quibus presis ex predicta ecclesia constructa et mansiones ad utilitate illic commorantium serborum dei simulque cum omnibus terris in loco ferrunianu et cum omni parte de ecclesia sancti nazarii constructa in predicto loco ferruniano seu et integris omnibus territoriis de loco ubi dicitur vigintiquinque in finibus liburie quam et inclita sorte de terris et silvis

an. 986.

in via munda et inclitis territoriis de intus laneo in loco ubi dicitur campora et terra foras ponte casulini aripa de ipsu carbonaru in qua nunc ortus esse videtur et curte et terris in loco bitulacci ubi dicitur ad tutum et ipsa curte de sancto stephano ad scola greca et ipso prato cum silba sibi coniuncta et tribus molinis que facta sunt in ipsa aqua de ipso saone in monte marsico et ecclesia sancte fortunate que nunc destructa esse videtur que olim constructa fuit iuxta lacum patriense cum vigintitribus modiis de terris quas presas et terras et molina et pratum et silvas supranominata domina aloara principissa per consensum et largitatem domini landenolfi gloriosi principis et domini gisolfi filiorum tuorum in predicta ecclesia sancti laurentii in qua deo auxiliante serborum dei cenobium ordinasti offeruisti secundum ordinem. quem continent offertiones eiusdem ecclesie cum his etenim et cum aliis omnibus rebus sibi pertinentibus sit predicta ecclesia absolute libera ut prediximus amodo et deinceps. ab omni condicione archiepiscopalis dominationis. quemadmodum nullo olim tempore quilibet nostrorum successorum archipresulum seu sacerdotum. vel cuiuscumque gradus clericorum in eadem ecclesia seu in illis ecclesiis que ei subiecte fuerint sive quas rectores predicti cenobii in rebus iamfate ecclesie et edificaberint vel costruxerint nullam dominandi licentiam habeant vel censum aliquem aut reditum exigat de eis vel de cunctis pertinentiis earum nullique alteri ecclesie subiaceant. set in sola potestate abbatis seu rectoris quem per vos et per vestros heredes in eadem ecclesia sancti laurentii in qua monasterium deo iubante ordinatus fuerit cum integris eius pertinentiis eas subditas esse censemus. eo quot predictum monasterium in proprio vestro territorio construxistis. concedimus etiam prefate sancte ecclesie ut abbas eiusdem loci eiusque congregatio publice peragant. monasticum ordinem secundum quot eis recte visum fuerit ad laudem dei ecclesias vero construere et reedificare ut prediximus in rebus eiusdem cenobii absque omni nostra nostrorumque successorum. contrarietate vel molestatione construere et reedificare licentiam et potestatem habeant. et episcopum quem voluerint. perducere sive ad edificandas ecclesias sive ad aliud quodcumque ad opus dei amodo et in perpetuum potestatem habeant. concedimus etiam prefate sancte ecclesie baptismum. oleum vero et crisma et firmatam nos et posteri nostri nullo modo detinere vel contradicere sancimus. et si abbas ordinandus in eadem ecclesia

fuerit talis ibidem per vos et per vestros eredes ordinetur qualem sibi congregatio elegerit. nullam dationem aut munera exinde recipientes. et nos et posteri nostri gratis consecremus eos. Quam quidem nostre absolutionis emunitatem a nullo ex nostris remoberi successoribus per deum omnipotentem simplum et trinum eiusque omnes sanctos adiuramus. set hec libertas ita incorrupta et inbiolabilis permanead ut a nullo numquam commobeatur aut dirrumpatur et neminem ex his que in predicto monasterio conbersantur vel ex presbiteris qui in ecclesiis eiusdem cenobii subiectis ordinati fuerint vel deserbierint non habeamus nos aut successores nostri licentiam escommunicare quod si quispiam presumptor dirrumpere hoc libertatis scriptum in primis inretimus eum vinculo anathematis adque pro peracto scelere sciad se compositurum auri purissimi libras viginti in predicto sancto cenobio et ut ab eis hoc libertatis scriptum incunctanter credatur. sigillo nostro continente imaginem sancti stephani iussimus sigillari. quam videlicet libertatis absolutionem tibi iohanni subdiacono. primicerio et bibliothecario nostro. scribere precepimus. nec non et propriis manibus. sacerdotes reliquosque cleros nostros se subscribere iussimus. et pro confirmatione supradictorum omnium. secundum consuetudinem preceptorum. manu nostra subscripsimus. Actu Capue in sacratissimo archiepiscepatu feliciter.

† ego qui supra auloaldus archidiaconus. ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego petrus diaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego leo diaconus. ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego toto archipresbiter ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† iohannes presbiter et primicerius ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego bonipertus presbiter ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego audoaldus subiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego ioannes subdiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego leo subdiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† BENE VALETE

CCVI.

† In nomine domini nostri ihesu christi. quarto anno principatus domini Landenolfi gloriosi principis mense magio quarta decima indictione. Ideo- quem nos aloara domini gratia principissa relicta bone memorie domini paldolfi gloriosi principis et filia cuiusdam petri. comitis. Una cum consensum et bolumtate supradicti landenolfi principis et gisolfi germanis filiis et mundoalt meis. in quorum mundium esse agnosco. et cum eorum bolumtate. quam et pro mercede et salbatione anime supradicti domini paldolfi gloriosi principis viro meo. et pro mercede et redemtione anime bone memorie paldolfi principis salernitane cibitati filio meo. et pro mercede. et salbatione animabus landolfi principis et atenolfi marchionis filiis meis. et pro nostra anima. per hanc cartula nos qui supra aloara principissa. cum bolumtate predictorum landenolfi principis et gisolfi filii et mundoalt meis. offeruimus in monasterio nostro bocabulo sancti laurentii constructo intro hanc nostra capuana cibitate. iusta porta que dicitur capuana. quem supradictus dominus paldolfus princeps viro meo a nobo fundamine inchoabit facere. et nos illos auxiliante domino complebimus ubi dominus iacobus venerabilis abbas esse bidetur. offeruit itaque ibidem ecclesia mea quibus nunc distructa est et est edificata in propriis territoriis nostris. iusta aqua de laco nostro que dicitur patriense cui bocabulo eidem ecclesie bidetur esse beate furtonate cum biginti tres modia de terra circumdantes eadem ecclesia. Insimul cum aqua de crea que dicitur montebibus. seu et offeruimus in prefato monasterio biginti modia de terra de ipsis territoriis nostris. de gualdo illo que dicitur patriense infra fines de terris nostris circumdantes. ad exagoma granum seminationis. Ideo supradicta ecclesia sancte furtonate cum predictis biginti tres modia de terra circumdantes predicta ecclesia insimul cum iam dicta aqua que dicitur de crea ubi dicitur montebibu. seu et alia biginti modia de terra de ipsis terris nostris de ipsos gualdo que dicitur patriense. Una cum omnia intro abentibus subter et super et cum biis suis ibidem intrandi et exiendi in prefato sancto monasterio dedimus adque offeruimus ad possessionem eidem nostri monasterii et de eiusque abbatibus vel rectoribus qui per nos ibidem ordinati fuerint. ad abendum et possidendum et faciendum partem

an. 986.

ei monasterii omnia que vobis placuerit. seu et offeruimus in prefato sancto monasterio et ad eiusque abbatibus vel custodibus pro animabus nostris: duos lontres cum paraturie de bolestike ut licentiam et potestatem abeant ipsa duos lontres in ipso lago de patria piscare in tota ipsa aqua de qualiter illi boluerint absque contrarietate. absque contrarietate nostra et de nostris heredibus. seu et de qualiscumque persona ominum. simulque offeruimus in prefato cenobio ipsis terris nostris quantis nobis sunt pertinentes de loco ubi dicitur casale ianni et ubicumque exinde inbentum dederit in eodem locis. quam et offeruimus in predicto nostro cenobium sancti laurentii terre et ripe et aqua que esse bidetur de ipso laneo ubi dicitur buczaotre. ut licentiam et potestatem abeatis partem predicti monasterii et illis ominibus qui et vos volueritis ex utraque ripis de ipsa aqua et terris de ipso laneo et ibidem fossatam mittere. et molinum ibidem edificare qualiter melius potueritis et bolueritis et eum ibidem abere absque contrarietate nostra et de nostris heredibus seu de qualiscumque persona ominum. Iterum et offeruimus in prefato sancto monasterio unum famulum meum nomine leolum cum decem capita de iumente mee sanguenare et cum triginta modia de ipsa terra de pratu que dicitur sanguinitu. ubi ipsos tollere bolueritis. abente pro uno quoque modio de ipsa terra rationabiliter in longum passos triginta et per amba capi similiter passos alii triginta ad passum landoni seniori castaldi mensuratum. etiam et offeruimus pro animabus nostris aliquata terra et presa nostra. de ipsa platea publica in prefato monasterio qui est foras ipsum pariete predicti nostri monasterii. ut licentiam et potestatem abeant partem predicti monasterii et eius abbatibus adque rectoribus facere et edificare in eadem terra que est coniuntum cum ipsa silice et est coniunctum cum predicto muro qui circumdat predicto monasterio. et est latum pedibus sex et badit longum quantum est ipse muro de suprascripto monasterio. facere et edificare poteke et eadem poteke abere et ominibus qui et parte predicti monasterii ibi posuerint ad abitandum nullam contrarietatem ibidem facientes absque quamlibet persona omini. seu et dedimus et offeruimus in monasterio sancti laurentii de ipsa terra et silba nostra que abemus in loco ubi dicitur bia monda in longitudine passos trecentos. et pro latitudine passos centum. ad suprascriptum passu mensuratum. insimul cum triginta scrofe et duo berri. hec omnia supra-

dicta que superius legitur. in prefato monasterio nostro hofferuimus cum consensum et boluntate predictorum filiis et mundoalt meis. ad possessionem predicti nostri monasterii et de eiusque abbatibus adque rectoribus. abendi et possidendi et dominandi et fruendi in omnibus eorum sit potestatis et faciendi exinde que ad pars iamdicti monasterii placuerit. Ea ratione quatenus amodo et semper supradictus noster monasterius sancti laurentii et eiusque abbatibus adque rectoribus firmiter abeant et possideant. ea omnia supradicta que in predicto monasterio offeruimus. et obligamus nos qui supra aloara domini gratia principissa cum consensum et boluntate supradicti landenolfi principis et gisolfi filii et mundoalt meis nos et nostris eredibus ea omnia supradicta que in predicto monasterio offeruimus defendere et antestare semper. predicti monasterii et ad eiusque abbatibus vel rectoribus ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Nam si nos que supra aloara domini gratia principissa. aut nostris eredibus hanc cartula offertionis de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere aut remobere quesierimus et si non compleberimus ad partem predicti monasterii et ad eiusque abbatibus adque rectoribus ea omnia qualiter superius diximus quincentos bizantinos solidos pena nos et nostris eredibus ad partem predicti monasterii et ad eius abbatibus adque rectoribus componere obligamus et omnia supradicta ad partem predicti monasterii complire obligamus. et hanc cartulam offertionis qualiter continet firma permaneat semper. et taliter nos que supra aloara domini gratia principissa. una cum consensum et boluntate supradicti landenolfi principis et gisolfi filiis et mundoalt meis. pro remedium anime nostre fecimus. et tibi iohanne notario scribere precepimus. Capua

† Ego Grimoaldo comes
† Ego Guisenolfus iudex
† Ego Landolfus
† Ego Maio

CCVII.

an. 987.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo septimo. sed et constantino magno Imperatore frater eius anno vicesimo quarto: Die quintadecima mensis martii indictione quinta decima neapoli. Merissi divisionis facta a nobis theodonanda honesta femina filia quondam iohanni seu maria honesta phemina filia quondam petri. oc est thias et nepotes: de integras duas petias de terra nostra positas vero in loco qui vocatur maranum et nominatur ad anianum: quas dividere visas sumus in quintam partem: inter nos et vos videlicet anna et sillicta seu gregorio uterinis germanis seu thiis nostris: De qua tetigit in ista portione prima vos memorata anna et iamdicta sillicta seu prenominato gregorio: IDest integra una petia de ipsa terra qui est de uno latere iusta terra stephani calciolarii de abalsamum sicuti inter se termines exfinand: et ex alio latere est terra iohanni calciolarii filio quondam venedicti sicuti inter se levata exfinad. de uno capite est clusuria heredum quondam simeoni monachi sicuti inter se sepis exfinad: ad vero alio capite est via publica: et ad vicem tetigit in portione secunda nos memorata theodonanda honesta femina et iamdicta maria honesta phemina IDest integras alia petia de terra nostra positas ibi ipsum in maranum et nominatur similiter ad anianum: qui est de uno latere iusta terra heredum quondam domini gregorii de sicule sicuti inter se lavinarii exfinad. et ex alio latere et de uno capite est via publicam ad vero alio capite terra heredes quondam domini ursi de gurgite sicuti inter se fossatus exfinand: Hec vero portio prima una cum arvoribus et introito suo homnibusque eis pertinentibus: legatione dispositas memoratis iugalibus genitoribus et abiis nostris ut continet sit inter nobis nostrisque heredibus firma et stabilis in perpetuum: Quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aud heredes nostris quovis tempore contra hanc merissi divisionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquit hoffensi fuerimus per quobis modum haud summissam personam tunc componad pars ipsius infidelis et heredes eius auri solidos viginti sex bythianteos: et ec merissi divisionis ut super legitur: sit firma: scripta per manus petri scriptori discipulo domini iohanni curiali per indictione memorata quintadecima: †

Hoc signum † manus memorate theodonande honesta femina signum † manus memorate marie honesta phemina oc est thias et nepotes quod ego qui memoratos ab eas rogatus pro eas subscripsi †

† ego marinus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohanni rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quintadecima †

CCVIII.

an. † In nomine domini nostri Ihesu Christi quinto anno principatus do-
987. mini landenolfi gloriosi principis. mense magio quinta decima indictione: Memoratorium facto a nobis iohanne et fuscari germanis filiis quondam.... et abitatori de finibus liburie loco ubi nominatur ad pectole. de eo quod presenti sadelgismi iudici et aliorum testium. Sicut congruum................ego iohannes monachus missus a domino mansone venerabile abbate monasterii.................in monte casino ille pro parte et bice memorati monasterii. voluntate sue.......................ipse qui supra iohannes monacho ille erga secum abendo landolfum comitem abbatem memorati monasterii et medium vobis posui grimoaldum filium quondam maioni. tali tenore ut amodo et usque viginti et nobem annos expletos ipse qui supra iohannes monacho et ipse dominus manso venerabilis abbas et posteres eius et pars memorati monasterii dimittat nos qui supra iohannes et foscari et nostris heredibus tenere et laborare in parte inter nos et pars predicti monasterii. integra una petia de terra pertinentes memorati monasterii que esse bidetur in predicto loco pectole in quo modo habitat terra ipsa dimittat nos et nostris heredibus annualiter tempore suo arare seminare metere et terere labori ipsi iusta ratione et ubi necesse est dimittat nos et nostris heredibus in predicta terra annualiter tempore suo ponere pluppos et bites et tempore suo iusta hordine et ipsos arbores et bites que ibidem staunt. et que ibi posuerimus dimittant nostris heredibus ipsos annualiter tempore suo disramare et bites potare et propaginare et bindemiare iusta ratione et omnem bictualium quod nobis deus exinde annualiter dederit dibidere debeamus ipsos inter nos in tertiam partem nos exinde tollamus sorti duo et ad partem predicti monasterii demus inde sortem unam que est tertiam partem. et omnem binum quod nobis deus exinde annualiter dederit dibidere debeamus ipsos inter nos pro medietatem nos exinde tollamus medietatem et ad partem predicti monasterii demus inde integra ipsa reliqua medietatem: linum bero quod nobis deus annualiter dederit in iam dicta petia de terra dibidere debeamus ipsos annualiter tempore suo cum partem predicti monasterii in quartam partem nos exinde tollamus sorti tres et ad partem memo-

rati monasterii demus inde sortem unam que est quartam partem. et integra ipsam sortem memorati monasterii de ipso bictualium et linum et binum que eorum exinde a nos in sorte benerit nos debeamus ipsos annualiter tempore suo cum nostrum spendium adducere intro predictum monasterium. ad potestate eorum. Et quando benerimus ipsi labori de iam dictam petiam de terra annualiter ad metendum et triturandum et religandum et bindemiandum faciamus ad partem memorati monasterii ipsos scire ut pars memorati monasterii mandet illuc missum suum ad sortem suam conspiciendam et dum ipse misso memorati monasterii ibi per talia fuerit nos ei demus manducare et bibere iusto hordine secundum nostram potentiam. Quam et dimittat nos tenere in beneficium diad unum modium de terra per passi in adunatu ubi modo abitamus qui est coniuncto cum memorata petia de terre habente ipse modio de terra rationabiliter per singula latera in longum passos triginta et per singula capita per trabersum similiter passos alios triginta. Ad mensura de passu landoni seniori castaldum mensuratum. et dimittat nos in predictum modium de terra facere et abere case et area et ortu et dimittat nos et nostris heredibus ibidem residere et abitare cum familia et animalia et omnia causa nostra et de amici et commentiti nostri et ibidem facere et abere omnem nostram utilitatem que nobis necesse est iusta ratione. et omnes frugium quod nobis deus annualiter dederit de memoratum modium de terre nostre sint potestatis faciendi que voluerimus. unde ad partem memorati monasterii sortem dare non debeamus. tantum dum ibi abitaberimus annualiter debeamus adducere et dare ad partem memorati monasterii. ad eorum potestatem intro monasterio sancti benedicti maiori de intro hanc kapuanam cibitatem pro predictum fundum et terras in natibitate domini auro tare bonum unum et pulli boni parium unum. et in pasca maiore pulli boni parium unum. et amodo et usque in predictos biginti et nobem annos espletos ipse qui supra domino manso venerabilis abbas et posteres suos et pars memorati monasterii defendat nos qui supra iohanni et fuscari et ad nostris heredibus integra predicta petia de terra sic quomodo ipsa modo tenemus et laboramus cum iam dictum modium de terra qui est coniuncto cum memorata petia de terra sicut diximus cum bia sua ibidem intrandi et exiendi. ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Ad completum bero memoratum constitutum aut si ante istum constitutum nos

et nostris heredibus de memorate terre exire boluerimus licentiam et potestatem habeamus nos vel nostris heredibus et illis hominibus que nos condusserimus exinde bersare ipse case que ibi abuerimus facte et excotere exinde ipsa lignamina et alia omnia causa nostra et de amici et commenditi nostri et pergere ipsos salba nostra libertate ubi boluerimus absque omni contrarietate predicti monasterii. et de eius custodibus tantum si infra memoratum constitutum boluerimus exinde exire faciamus ad partem memorati monasterii ipsos scire ante unum annum. et postea sic exeamus inde salba nostra libertate cum omnia causa nostra et de amici et commenditi nostri sicut supra diximus eo quod sic stetit et combenit inter nobis. Si autem ipse qui supra iohannes monachus aut supradicto domino manso venerabilis abbas. aut posteres eius vel pars memorati monasterii non compleberit nobis qui supra iohanni et fuscari vel ad nostris heredibus omnia per ipsum hordinem sicut superius legitur decem bizantinos solidos pena se et posteres suos et pars supradicti monasterii nobis qui supra iohanni et fuscari vel ad nostris heredibus componere obligat et omnia memorata nobis percompleat per memorata guadia et iam dicta medietate. Ad pignerandum si necesse est obligat nobis qui supra iohanni et fuscari vel ad nostris heredibus ipse qui supra grimoaldo medio se et suos heredes pro nominata causa sua usque ad legem. Scripsi ego. teudericus notarius. et fui inter

† ego qui supra manso abbas † ego qui supra sadelgismus iudex
† ego iohannes presbiter et monachus
† ego godi presbiter et monachus
† ego qui supra grimoaldo

CCIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo hoctabo. sed et constantino magno imperatore anno vicesimo quinto. die tricesima mensis septembrii indictione prima neapoli. Certum est me petro fiolario filio quondam iohannis qui nominatur de adelgarda: A presenti die promtissima voluntate offero et trado vobis domino filippum venerabile igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodorii et sevastiani qui appellatur casapinta situm in viridiario et at cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et domino petro venerabile abbate monasterii sanctorum severini et sossi ubi eorum venerabilia quiescunt corpora et at cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et per vos et in memorata sancta et venerabilia vestra monasteria idest integrum casale meu constitutum in loco qui vocatur marinianum insimul quod est ipsum casale nominatum imprimis fundum unum et una petia de terra que nominatur pinum cum intersicum suum et alia petia de terra que nominatur et ponitur in marilianum: una cum arvoribus fructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: seu offero et trado vobis et mobilibus quod est in primis conca una et recentarium unum et caldara una et sartagine una: et camputripide unum: et riscum sconplitum unum et una guala da lectum at tornum: quantum mihi dimisit quondam gemma coniugi mea per suum dispositum naturale quondam domini iohannis monachi filio quondam domini theofilacti: In eo tenore ut si ego memorato petro mortuus fueris sine proprium heredes de vera uxore et non abueris heredibus qui illut hereditent: tunc omnibus memoratis ut super legitur in vestra vestrisque posteris et in memorata sancta et venerabilia vestra monasteria siat oblatum et traditum quidquid exinde facere volueritis et abendum illut in sempiternum: tantumodo non abeat licentia ego aut heredibus meis omnibus memoratis ut super legitur illut dare aut vendere per quobis modum: et neque a me memorato petro fiolario neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vos aut posteris vestris vel an. 987.

memorata sancta et venerabilia vestra monasteria quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus : insuper promitto vobis ut si vobis vestrisque : posteris et in memorata sancta et venerabilia vestra monasteria necessum fueris memoratum dispositum ut super legitur tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque : posteris et in memorata sancta et venerabilia vestra monasteria omni tempore mostrare debeamus at fine faciendum ubicumque vobis vestrisque : posteris necessum fueris et postea mihi meisque : heredibus illos retdere debeatis : insuper promitto vobis ut omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque : posteris et memorata sancta et venerabilia vestra monasteria desuper tollere debeamus quedam divitia socera mea asque : omni vestra et de vestris posteris qualibet dannietate : quia ita mihi placuit : Si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de is omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque : posteris auri solidos septuaginta bythianteos et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato petro fiolario quod ego pro eu subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefanii rogatus a suprascripto petro testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini sergi rogatus a suprascripto petro testi subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascripto petro testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo *hoctabo sed et* constantino frater eius magno Imperatore anno vicesimo quinto: die vicesima *quinta* mensis februarii indictione prima neapoli: Certum est me stephanum filium quidem domini iohannis monachi et quondam domine sillicte honeste femine iugalibus una cum consensu et voluntate leoni et iohanni uterini germani mei: A presenti die promtissima voluntate: Venundedi et tradidi tivi stephano ferrario cui supra nomen latitio filio quondam stephani ferrarii: IDest integra una corrigia mea de terra que nominatur at pratu rotundum ad erenario posita in maranum una cum arvoribus et introito suo et omnibus sivi pertinentibus pertinente mihi per parentorum meorum et *me* in sorte tetigit........et a germanas meas: coherente sibi ab uno latere terra andreae presbiteri de *maranu* de alio latere coheret clusuria de illi spicarelli et abet de longitudine passi octogintaocto pro unoquoque latere: et de uno capite coheret via et abet ibi de latitudine passi....... usque: ad finem de fossato de ibsa clusuria de illi spicarelli: et ab alio capite coheret terra de illi codaflammoli et abet ibi de latitudine passi tredecim: memorati omnes passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: unde nihil mihi exinde intus memoratas coherentias et intus memorati passi aliquod remansit aut reservavi: et a presenti die integra memorata corrigia mea de memorata terra que nominatur ad pratu rotundo ad arenario *posita* in memorato loco maranum una cum arboribus et introito suo et omnibus eis pertinentibus *quatenus* per memoratas coherentias et per memorati passi tivi ea insinuavi sicud superius legitur a me tivi sit venundatum et traditum in tua tuisque: heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis av odierna die semper liberam abeatis potestate: et neque a me memorato stephano una cum consensu et voluntate memorati leoni et iohanni uterini germani mei neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato stephano ferrario cui supra nomen latitio aut tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestiam per nullum mo-

an. 988.

dum inperpetuum: Insuper et ab omni homine omnique persona omni tempore ego et heredibus meis tivi tuisque: heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus absque: omni tua heredumque tuorum damnietate: propter quod accepimus a te exinde in presentis in omnem decisionem seu deliberatione idest auri tari quinquaginta sicut inter nobis convenit: quod si aliter provenerit de his omnibus memoratis que a me tivi venundatas et traditas seu promissas leguntur aut quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus aut in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis tivi tuisque: heredibus auri solidos vigintisex bithianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis et scriniarii scrivere rogatus et testes u subscriverent rogavimus per memorata prima indictione †

hoc signum † manus memorati iohanni qui in omnibus memoratis consensum dedit ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

et oc recordati sumus quia memorata terra que modo tenet memorato andrea presbitero: pertinet de ecclesia sancti castrensi de marano ubi custus esse videtur:

† ego stefanus subscripsi et suprascripti tari recepi †

† ego leo subscripsi †

† ego mastalus Curialis: rogatus a memoratis germanis testis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego stefanus filius domini sparani: rogatus a memoratis germanis testi subscripsi. et memorati tari traditos bidi †

† ego petrus filius domini basilii rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego gregorius Curialis et scriniarius Complevi per memorata prima indictione †

CCXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi. Anno ab incarnatione domini nungentesimo octoagesimo octabo quam et sesto anno principatus domini landenolfi excellentissimi principis. mense aprelis prima indictio. Nec non et septimo anno domini adenolfi egregii archipresulis. quo deo fabente sancte capuane sedis archipresul. consecratus est. Sicut canonica continent decreta. nulli licitum est ubicumque construere quecumque oratoria. absque notitia et licentia archiepiscopi. cuius diocesim subiacent. nam omnes ecclesie cunctaque oratoria. in dicione debent esse archipresulis in cuius diocesim esse videntur. Quamobrem nos prephatus adenolfus archiepiscopus. tam archiepiscopali auctoritate fulti. quam precessorum nostrorum secuti exemplar qui plurimas ecclesias liberas fecerunt. precatu auloaldi archidiaconi nostri dilecti. cum consensu sacerdotum ac levitarum. ceterorumque ordinum clericorum. per hoc nostrum roboreum preceptum concessimus ut ecclesia quam tu domina aloara serenissima principissa. et predictus dominus landenolfus magnificus princeps tuus filius vocabulo sancti laurentii levite et martiris intus istam capuanam civitatem a novo fundamine construcxistis. pro redemptione animarum vestrarum et domini paldolfi principis et marchionis et domini landolfi principis et domini atenolfi marchionis et domini paldolfi principis et domini laidolfi et domini gisolfi. in qua etiam cenobium serborum dei preordinastis sit absoluta libera amodo et deinceps. ab omni condicione archiepiscopalis dominationis cum omnibus rebus et pertinentiis suis sive quas inferius declaramus sive quas cocumque modo ad possessionem predicte ecclesie eius rectores adque custodes acquirere potuerint set ex is que nunc possidet aliquas nominamus inprimis ipsas terras et presas quomodo circumdat eas murus cum uno pede extra ipsum murum appede de manu landonis seniori castaldei mensurato in quibus presis ex predicta ecclesia constructa et mansiones ad utilitate illic commorantium serborum dei simulque cum omnibus terris in loco ferrunianu et cum omni parte de ecclesia sancti nazarii constructa in predicto loco ferruniano seu et integris omnibus territoriis de loco ubi di-

an. 988.

citur vigintiquinque in finibus liburie quam et inclita sorte de terris et silvis in via munda et inclitis territoriis de intus laneo in loco ubi dicitur campora et terra foras ponte casulini arripa de ipsu carbonaru in qua nunc ortus esse videtur et curte et terris in loco bitulacci ubi dicitur ad tutum et ipsa curte de sancto stephano ad scola greca et ipso prato cum silba sibi coniuncta et tribus molinis facta sunt in ipsa aqua de ipso saone in monte marsico et ecclesia sancte fortunate que nunc destructa esse videtur que olim constructa fuit iuxta lacum patriense cum viginti tribus modiis de terris quas presas et terras et molina et pratum et silvas tu prenominata domina aloara principissa per consensum et largietatem domini landenolfi gloriosi principis et domini gisolfi filiorum tuorum in predicta ecclesia sancti laurentii in qua deo auxiliante servorum dei cenobium ordinasti offeruisti secundum ordinem quem continent offertiones eiusdem ecclesie cum his etenim et cum aliis omnibus rebus sibi pertinentibus sit predicta ecclesia absolute libera ut prediximus amodo et deinceps. ab omni condicione archiepiscopalis dominationis quem ammodum nullo olim tempore quilibet nostrorum successorum archipresulum seu sacerdotum. vel cuiuscumque gradus clericorum in eadem ecclesia seu in illis ecclesiis que ei subiecte fuerint sive quas rectores predicti cenobii in rebus iam fate ecclesie reedificaberint vel construxerint nullam dominandi licentiam habeant vel censum aliquem aut reditum exigat de eis vel de cunctis pertinentiis earum nulique alteri ecclesie subiaceant. set in sola potestate abbatis seu rectoris qui per vos et per vestros heredes in eadem ecclesia sancti laurentii in qua monasterium deo iubante ordinatus fuerit cum integris suis pertinentiis eas subditas esse censemus. eo quot predictum monasterium in proprio vestro territorio construxistis. concedimus etiam prefate sancte ecclesie ut abbas eiusdem loci eiusque congregatio publice *pateat* monasticum ordinem secundum quod eis recte *visum* fuerit ad laudem dei ecclesias vero construere et reedificare ut prediximus in rebus eiusdem cenobii absque omni nostra nostrorumque successorum contrarietate vel molestatione construere et reedificare licentiam et potestatem habeant. et episcopum quem voluerint producere sive adeficandas ecclesias sive ad aliud quodcumque ad opus dei amodo et inperpetuum potestatem abeant. oleum vero et crisma et firma-

tam nos et posteri nostri nullo modo detinere vel contradicere sancimus. et si abbas ordinandus in eadem ecclesia fuerit talis ibidem per vos et per vestros heredes ordinetur qualem sibi congregatio elegerit nullam dationem aut munera exinde recipientes et nos et posteri nostri gratis consecremus eos. Quam quidem nostre absolutionis emunitatem. a nullo ex nostris remoberi successoribus per deum omnipotentem simplum et trinum eiusque omnes sanctos adiuramus. set hec libertas ita incorrupta et inbiolabilis permanead ut a nullo unquam commobeatur aut dirrumpatur et neminem ex his que in predicto monasterio conbersantur vel ex presbiteris qui in ecclesiis eiusdem cenobii subiectis ordinati fuerint vel deserbierint non habeamus nos aut successores nostri licentiam excommunicare quod si quispiam presumptor dirrumpere hoc libertatis scriptum in primis inretimus eum vinculo anathematis atque pro peracto scelere sciad se compositurum auri purissimi libras viginti in predicto sancto cenobio et ut ab eis hoc libertatis scriptum incunctanter credatur sigillo nostro continente intus imaginem sancti stephani iussimus sigillari. quam videlicet libertatis absolutionem tibi audoaldo subdiacono nostro scribere precepimus. nec non et propriis manibus sacerdotes et reliquos cleros nostros se suscribere iussimus. et pro confirmatione supradictorum omnium. secundum consuetudinem preceptorum manu nostra subscripsimus.

Actu Capue in sacratissimo achiepiscopatu feliciter.

† ego qui supra audoaldus archidiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego petrus diaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego leo diaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego toto archipresbiter ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego iohannes subdiaconus et primicerio ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† ego iohannes presbiter et primicerius ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† Ego bonipertus presbiter ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† Ego iohannes subdiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† Ego leo subdiaconus ex iussione domini adenolfi archiepiscopi me subscripsi

† BENE VALETE.

CCIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo hoctabo sed et constantino magno Imperatore anno vicesimoquinto: die tricesima prima mensis magii indictione prima neapoli: Certum est me petro umile presbiterum: a presenti die promitto vobis domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta sitam in viridiario et at cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: et domina eupraxia honesta femina et gregorio uterinis germanis filiis quondam domini iohannis tu memorata domina eupraxia honesta femina cum voluntate domini gregorii viri tui: hoc est consortes: propter integris portionibus vestris de ecclesia vestra vocabulo sancti iohannis euguangelista situm in vico carrario regione porta sancti ianuarii et cum integris portionibus vestris de rebus et substantia et abitationibus seu portionibus suis: ubi domino deo volente me ibidem custode posuivimus cuntis diebus vite mee: ut amodo et omnibus diebus vite mee in mea sit potestate: tenendi et dominandi et super ibidem abitandi et residendi et ipsa res laborandi et at lavorandi dandi tribuendi et fruiendi: et de ipsa refugia faciendi omnia que volueris: et omne officium sacerdotale die noctumque facere et exivere debeamus sine oras ut atput deus mihi laus et mercis atcrescat: et pro aliis moniis meis dedistitis et tradidistitis mihi et integre portionibus vestris de memorate rebus et ipse portionibus vestris de memorata ecclesia pertinentes per quobis modum: et quodcumque introierit in memorate portionibus vestris de memorata ecclesia a viribus et a mulierimus siat in mea potestate si fueris inmobile siat im mea potestate si autem non fuerit inmobile siat in potestate de memorata ecclesia: tantumodo omni annue ego omnibus diebus vite mee vobis vestrisque posteris et heredibus vestris dare et dirigere debeamus oblates paria quattuor in natibitate domini oblates paria dua et in sanctum pasce similiter paria dua sine omnia maricatione: vobis memorato domino philippum venerabili igumeno et at posteris tuis paria dua et vobis memorati germanis similiter paria dua et heredibus vestris: et non abeatis licentia an. 988.

vos et posteris vestris et heredibus vestris mihi vita mea illos tollere per nullum modum: nec sacerdotes vel clericum aut monachum super me ibidem ponere non debeatis per nullum modum cuntis diebus vite mee: post meum transitum memorate portionibus vestris de memorata ecclesia cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur in vestra vestrisque: posteris et heredibus vestris sit potestate cuiux iure esse videmini. quia ita mihi placuit: Si autem ego aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris et heredibus vestris auri solidos viginti quattuor bythianteos et ec chartula promissionis sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata prima indictione ✝

hoc signum ✝ manus memorato petro umile presbiterum quod ego pro eu subscripsi ✝

✝ Ego iohannes Curialis rogatus a memorato petro presbitero testi subscripsi ✝

✝ ego marinus filius domini gregorii rogatus a suprascripto petro presbitero testi subscripsi ✝

✝ ego stefanus filius domini sergii rogatus a suprascripto petro presbitero testi subscripsi ✝

✝ Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memoratas indictione ✝

CCX.

† Nos aloara principissa et landenolfus domini gratia princeps pro amore dei et salvatione anime nostre damus concedimus atque confirmamus inperpetuum in ecclesia sancti laurentii levite et martiris christi monasterio nostro situs in hanc capuanam nostram cibitatem. et tibi dompno iacobo venerabilis abbas eiusdem ecclesie casale montanarii cum hominibus terris et silbis sibi pertinentibus. que habet hos fines quomodo incipit a saone et vadit ad viam publicam. et ascendit directe ad medium montem chermelli. et descendit per medium ipsum montem et vadit ad fondora: et ascendit directe ad montem que vocatur cornaturii. et descendit per ipsum montem directe ad terram sanctorum stephani et agathe archiepiscopii capuani. et ascendit ad ecclesiam sancti constantii. et ascendit ad vallem. et ascendit directe ad medium montem marii et descendit directe usque ad saonem. ut ipsum casale sit imperpetuum de dicto monasterio nostro sancti laurentii. damus. concedimus. atque confirmamus. ut homines ipsius casali sint liberi ab omni data vel collecta que est pensione publica. et alia quoque servitia que quomodocumque legaliter vel iniuste partibus reipublice nostre vel super ponere voluerit aut potuerit. qualiter nostri palatii pertinent nichil iussimus reservari. set in possessionem eiusdem monasterii et de eiusque abbatibus custodibus atque rectoribus. faciendum exinde quod in parte predicti monasterii placuerit. absque contrarietate comitis. castaldei. iudicis. vel sculdais. aut cuiuscumque persone hominis contradictione. vel inquietudine. set perpetualiter partem eiusdem monasterii ipsum casale cum hominibus habeat et possideat. nemine ei exinde aliqua contraria faciente. Quod si quispiam hanc nostram concessionem in quomodocumque violare presumpserit sciat se compositurus. et ad eius abbatibus custodibus et rectoribus auri libras decem et hec nostram dationem confirmationem. seu concessionem firma permaneat imperpetuum. et signo nostro supter iussimus signari.

an. 988.

Ex iussione predicte gloriose potestati. in anno dominice incarnationis nongentesimo sexto. et quinto anno principatus eius. mense iulio. prima indictione. scripsi autem ego iohannes diaconus

CCXI.

Christe fave.

an. 988. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo hoctabo: sed et constantino magno imperatore anno vicesimo quinto: die decima mensis augusti indictione prima neapoli: Definivimus nos iohannes filio quondam domini stephani: et iohannes filio quondam domini marini hoc est exadelfis germanis ego memorato iohanne filio memorati domini stephani cum voluntate domine maru honesta femina genetrice mea: vobiscum denique domino filippum: venerabile igumeno monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: vos memorato domino filippum venerabile igumeno et cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: pro vice quidem petro et stephano uterinis germanis filiis quondam trasarii servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: abitator in vico qui vocatur casa aurea raviosa territorio liguriano: propter dua modia de bictum unum est tricticum et alium de ordeum quod nobis et at memorati genitorii nostri omni annue pedaticum dare debet volemus ut dare nobis illut: pars autem vestra dicebat atversus nos quia veritas non est quia memorato petro et memorato stephano servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii vobis et at memorati genitori vestri memoratum tricticum et memoratum ordeum quod sunt modia dua vobis et at memorati genitori vestri memorati servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii omni annue non dedit set vos et memorati genitori vestri quaque lege at eis non tullistitis: unde multes altercatione exinde inter nobis abuimus: nunc autem iudicatum est exinde inter nobis ut iurare nobis unum de memorati servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et dicere: quia memoratum modium de memoratum tricticum et memoratum modium de memoratum ordeum vobis et at memorati genitori vestri omni annue non dedimus pedaticum per

lege nec non tullistitis et vos poneretis nobis et at memorati servi memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: securitate: quod et factum est et ecce in presentis recepimus a parte memorati servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii memoratum sacramentum dicentes nobis ut superius asseruistitis: et definivimus exinde nos et posteris nostris vobiscum et cum posteris vestris et cum memorati servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et cum eorum heredibus in omnibus et amodo et semper nunquam presummimus nos et posteris nostris vobis vestrisque: posteris et memorati servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et eorum heredibus exinde querere de memoratum modium de memoratum tricticum et de memoratum modium de memoratum ordeum ut super legitur per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus: quia ita nobis iudicatum est: Si autem nos aut posteris nostri aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris et at memorati servi memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et at eorum heredibus auri solidos viginti bythianteos et ec chartula securitatis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione ✝

hoc signum ✝ manus memorato iohanne signum ✝ manus memorato alio iohanne hoc est exadelfis germanis memorato iohanne cum voluntate memorata domina maru honesta femina genetrice sua ego pro ei subscripsi ✝

✝ ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✝

✝ ego petrus filius domini basilii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✝

✝ ego gregorius filius domini sergii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✝

✝ Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione ✝

CCXII.

Christe fave.

an. 988. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimo octavo: sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo quinto die sextadecima mensis augusti indictione prima neapoli: Certum est nos sergium umilem archipresbiterum et dispensator ecclesie sancti petri christi apostoli que ponitur at media. Una cum voluntate de dominiis memorate ecclesie sancti petri quanti inferius subscripturi vel signum sancte crucis facturi sunt: A presenti die promtissima voluntate comutavimus et tradidimus vobis domino petro venerabili abbati monasterii sanctorum severini et sossi ubi eorum venerabilia quiescunt corpora. Idest integra una terra nostra iuris ipsiusdem ecclesie nostre que vocatur et ponitur in loco qui vocatur casapagana in foris gripta. una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas omnibusque: eis pertinentibus quem in memorata ecclesia sancti petri obenit a cesario filio quondam domini iohanni katalonti et iohanne genitorem et filium per chartula offertionis nostra quas haput nos habemus pro reliquum que continet. coherente sivi de uno latere terra vestra iuris memorati vestri monasterii sicuti inter se terminis exfinat. de alio latere terra heredum sergii filio domini andreae sicuti unum terminem qui est super silice publica rectum finiendo demonstrat. usque at verticem montis. de uno capite est memorata silice publica. ex alio capite est verticem montis: de quibus nihil nobis neque in memorata ecclesia nostra exinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena persona comisimus potestate. et a nunc et deinceps a nobis vobis sit comutatum et traditum in vestra posterisque: vestris memoratoque sancto et venerabili vestro monasterio sit potestate quidquid exinde facere volueritis liberum semper in omnibus arbitrio abeatis potestate: et neque a nobis memorato sergio umilem archipresbitero. una cum voluntate de ipsis dominiis memorate ecclesie sancti petri quanti inferius subscripturi vel signum sancte crucis facturi sunt. neque a posteris nostris vel a memorata ecclesia sancti petri. nullo tempore numquam vos memorato domino

petro venerabili abbati aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus. veruntamen firmamus nos vobis ut quandoque vobis vel a posteris memorata chartula nostra exinde offertionis necessa fuerit tunc statim nos et posteris nostris et memorata ecclesia sancti petri vobis posterisque: vestris illa ostendere et monstrare debeamus at relegendum seu et at finem faciendum ubique vobis necessa fuerit nulla exinde dantes oceansione: pro eo quod in presenti ad vicem in comutationis recompensationisque. accepimus exinde. vos una cum cuncta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii Idest integra una petia de terra vestra iuris memorati vestri infirmarii que vocatur at pinum positum vero in loco qui vocatur panequoculi. una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus. Coherente sivi de uno latere terra qui fuit iohannis qui cognomento pappascorpona. ex alio latere terra monasterii sancte marie que vocatur at media puellarum dei sicuti inter se sepis exfinat. a duobus vero capitibus vie publice: de quibus nihil vobis neque in memorato vestro monasterio exinde aliquod remansit. aut reserbastis nec in aliena persona comisistis potestate. set in nostra posterisque nostris memorataque ecclesia sancti petri sit potestate quidquid exinde facere voluerimus. a vobis autem vel a posteris vestris aut a memorato sancto et venerabili vestro monasterio nullo tempore numquam nos aut posteris nostris vel memorata ecclesia sancti petri quod absit habeamus exinde aliquando quacumque requisitione aut molestiis per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus. Insuper et in presenti nos vobis superiunximus Idest auri solidos decem et septem quos nos tulimus de illa victura de vinum de sirrento quem nos vendidimus. Quia ita nobis complacuit: Si autem nos aut posteris nostris vel memorata ecclesia quovis tempore contra hanc chartulam comutationis ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque vestris et a memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos triginta bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma. scripta per manum sergii tabularii scribere rogatus per indictione memorata prima hoc signum †

manus iohanni filio domni marini quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† CΕΡΓΙΟΥC ΑΡΧΙΠΒΡ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΠΕΤΡΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ CΟΥΒ †

† ΕΓΟ ΚΕCΑΡΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΑΝΑCΤΑCΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ego cesarius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΝΑCΤΑCΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CCXIII.

† In nomine domini salvatoris nostri Ihesu Christi Dei aeterni: Aloara an.
et Landenolfus divina ordinante providentia langovardorum gentis princeps: 989.
cum principalis excellentia petitioni dilecti sui petenti clementer favet.... Quapropter noverit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet ac futurorum sollertia. quia Adenolfus venerabilis archipresulo. obsecravit nostram. excellentiam. quatenus ob hamore omnipotentis dei et salbatione hanime nostre. concederemus. et confirmaremus in monasterio nostro bocabulo sancti laurenti constructo intro hanc capuanam civitatem in propria nostra terra. et presa propinquu porta qui dicitur capoana. ut amodo. et deinceps haverent et possiderent pars iamfati nostri monasterii et eiusque custodes atque rectores. omnem servitium et imperationem. videlicet eguum per servitium publicum faciendum et angarias et vigilias civitatis et muros. vel turres custodiendum ostem quoque et data que est pensione publica et alia quoque. omnia servitia que quomodocumque partibus reipublice nostre legaliter vel in iuste tollere vel super ponere voluerit aut potuerit. ut nullus homo faciendum exinde molestiam aut contrarietatem. pars iamphati monasterii. et ab eiusque custodes adque rectores. omnia itaque servitia et dationes quecumque partibus reipublice nostre in sancto monasterio nostro et ad eius custodes adque rectores legaliter vel in iuste tollere vel super ponere voluerit aut potuerit et per omnia ut dictum est in sancto cenovio concedemus. De quibus petit a nostra excellentia ut firmitatis apices ei exinde fieri iuberemus. cuius petitionem libenter exaudientes hos firmitatis apices ei exinde fieri iussimus. Per quos omnino sancimus. et perpetualiter manendum nostris. et futuris temporibus: concedimus in sancto monasterio et ad eius custodes adque rectores omnem servitium et imperationem videlicet equum per servitium publicum faciendum et angarias et vigilias civitatis et muros vel turres custodiendum ostem quoque et data que est pensione publica et alia quoque omnia servitia que quomodocumque legaliter vel in iuste partibus reipublice nostre tollere vel super ponere voluerit aut potuerit ad suprascripto sancto cenovio et ad eius custodes adque rectores omnia et in omnibus ut prelegitur in sancto monasterio servitia ipsa concessimus de quibus in partibus reipublice

nostre nihil iussimus reservari. ea scilicet ratione omnia servitia que et qualiter superius legitur et nostro pertinet palatio concessimus in sancto monasterio et ad eius custodes adque rectores ad abendum et possidendum et faciendum ex ipsa servitia omnia que placuerit superscripto sancto cenovio et ad eius custodes adque rectores absque contrarietete comitis castaldeis iudicis vel sculdahis aut cuiuscumque persona hominis contradictione vel inquietudine nemine. in prefato sancto monasterio vel eiusque custodes adque rectores exinde aliquo contraria faciente. quod si quispiam hanc nostra concessione in quomodocumque violare presumpserit sciat se compositurus in predicto sancto monasterio seu ed eiusque custodes adque rectores. auri puri libras quinque. et ec concessio de qualiter continet firma permaneant in perpetuum ut autem ec nostra concessio verius obserbetur manu propria scripsimus et ex anulo nostro subter iussimus sigillari.

LANDE

Signum N—O—L domini landenolfi excellentissimi principis.

F

V

S

Adelchisi scriba ex iussione supradicte potestatis scripsi Datum Kalendas ianuarias anno septimo principatus domini landenolfi gloriosi principis indictione secunda. Actum in civitate capuana.

CCXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno vicesimonono: sed et constantino frater eius magno imperatore anno vicesimo sexto die vicesima mensis agusti indictione secunda neapoli. Horta est itaque intentio inter nos theotisti honesta femina filia quondam domini lunissi monachi: seu sergio filio quidem domini iohannis monachi. quamque maria qui marenda clamatur: seu anna honestis feminis uterinas germanas filias quondam domini iohannis cui supernomen cacapice: et quidem domina elisabet monaca dudum iugalium personarum .... germanis seu bitrica et brebigno: ego memorata theotisti honesta femina pro vice et portione iohannis et ....germanis filiis meis quos abeo de memorato domino iohanne monaco dudum viro meo: et ego memorato sergio pro vi............. qui mihi pertinet per memorato domino iohanne monaco genitori meo: et nos memorata maria et anna honeste femine uterinas ger............et portione memorate domine elisabet monaca genitrice nostra qui est uterinas germanas memorati domini iohannis monachi thi nostri. Iterum ego memorata anna honesta femina cum consensu domini cesarii viri mei: et vos videlicet domino gregorio et iohanne uterinis filiis quondam domini miliani qui fuit exadelfo germano memorati domini iohannis monachi et memorata domina elisabet monaca vos autem pro vice et portione vestra et pro vice et portione quidem stephani uterinis germanis vestris qui infra etate esse bidetur: de intentione quam inter nos abuimus dicendo pars nostra atversus vos..................serunt memorata domina iohanna monaca et memorata domina elisabet monaca cum memorato quondam domino stephano genitori vestro qui fuit thio nostro memorati sergii et memoratas germanas de hospitibus illorum de loco qui nominatur casalem dedit memorato genitori vestro ad eis inpartita eorum alperto hospite nostro qui fuit abitator in memorato loco casalem qui tunc exfundatus erat et dedit illut ad eis cum homnem suorum fondos et terras quantum memorato alperto tenuit et dominabi: et pars vestra dicebatis absit ud sit ita nec illos deus faciat ut memorato alperto exfundato hospite nostro dedisent ad eis inpartita illorum cum

an. 989.

ipsas homnem suorum fundoras et terras memorati aliperti pertinentes ud super diximus set dicebatis ut sola personam memorati aliperti exfundati hospiti nostro de memorato loco casalem ad eis inpartita dedisent: de qua multaltercazione exinde inter nos abuimus modo vero iudicatum est exinde inter nos in publicum: ud iuraret pars vestras nobis et dicere quia quandoque dibiserunt inter se memorati exadelfi germanis this et genitoribus nostris de memoratis hospitibus nostris de memorato loco casalem ut super legitur non dedit memorato genitori vestro ad eis inpartita illorum memorato alperto exfundato nostro cum ipsa suorum fundos et terras ad eum pertinentes ut super legitur nisi tantum sola personam memorati alperti ad eis inpartita dedisent nos poneremus vobis exinde anc securitate: et quia in presentis recepimus a parte vestra memoratum sacramentum dicente di nobis ut superius atseruistitis et definibimus exinde vobiscum et cum heredes vestros in homnibus et a modo et semper numquam presummimus nos aut heredibus nostris vos memoratis germanis aut heredibus vestris exinde querere per nullum modum imperpetuum: insuper homni tempore ego memorata theotisti honesta femina et heredibus meis memorati iohannis et aligerni germanis filiis meis et eorum heredibus vobis vestrisque heredibus exinde desuper tollere debeamus: quia ita sic nobis iudicatum est: si autem aliter fecerimus de heis homnibus memoratis per quobis modum aut summissam personam tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque heredibus: auri libra una bythiantea: et ec chartula securitatis ut super legitur sit firma scripta per manum gregorii scriptoris dischipulo domini mastali curialis per memorata secunda indictione †

hoc signum † manus memorata theotitisti honesta femina filia memorati domini lunissi monachi: signum † manus memorati domini sergii filio memorati domini iohanni monachi: signum † manus memorate marie seu memorata anna honestas feminas germanas hoc est exadelfi germani seu bitrica et brebigno et memorata theotisti honesta femina pro vice memorati iohannis et aligerni filiis suis quos abuit de memorato domino iohanne monaco viro suo et memorata anna honesta femina cum consensu memorati cesarii viri sui: quod ego qui memoratos ab eis rogitus pro eis subscripsi †

† ego cesarius subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑC ΠΕΡCΟ-
NAC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego mastalus Curialis Complevi et apsolvi die et indictione memorata secunda †

CCXV.

Christe fave.

an. 990. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo: sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo septimo: die vicesimaquinta mensis ianuarii indictione tertia puteoli: Dum venit ad suum hobitum quondam sergio filio quondam iohannis de erasmu abitator intus memorato castro puteolano: disposuit nobis videlicet iohanne venerabili presbyterum qui nominatur turrillo: et stephano filio quondam domini iohannis de bonitum de memorato castro ut si heredibus suis mortuis fueris sine proprium heredes et non reliquere filio aut filiis de vera uxore et viro tunc omnia mea hereditate seu substantia de intus et foris qui illos hereditent tunc siat offertum pro mea et illorum anime in congregatione monachorum monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium Idest integra portione mea de terra que vocatur serrana posita in memorato territorio puteolano: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: qui indivisa reiacent cum integra terra vestra at abendum illut in sempiternum: et neque a nobis memoratis distributoribus: neque a nostris heredibus neque ab ehredibus memorato sergio vel a nobis personis summissis nullo nullo tempore nunquam vos memorato sancto et venerabili vestro monasterio aut posteris vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: quia ita nobis disposuit: si autem nos aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris: auri solidos trigintasex bythianteos et ec chartula sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memoratos stephano distributor quod ego pro eu subscripsi †

† ego iohannes presbyter et distributor subscripsi †

† ego caro subdiaconus testi subscripsi †

† ego paulus subdiaconus testi subscripsi †

† ego iohannes subdiaconus testi subscripsi †

† Ego Iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXVI.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo : sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo septimo : die vicesima sexta mensis ianuarii indictione tertia puteoli : Dum venit at suum obitum quondam eupraxia filia quondam iohannis de erasmum de memorato castro una cum voluntate iohanni viro suo disposuit nobis videlicet iohanni presbitero qui nominatur turrillo et gregorio filio quondam benedicti primicerii de memorato castro ut si heredibus suis mortuus fueris sine proprium heredem et non fuerit qui hereditent omne illorum hereditate seu substantia de intus et foris tunc illa portione sua de terra que vocatur serrana posita foris ipso castro memorato territorio puteolano una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus que siat offertum pro mea et illorum anima in monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium at abendum illut in sempiternum. et neque a nobis memoratis distributoribus una cum voluntate memorato iohanne viro suo : neque a nostris heredibus nec ab heredibus memorata eupraxia vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vos memoratos sancto et venerabili vestro monasterio aut posteris vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus : quia ita nobis placuit : si autem nos aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque posteris auri solidos duodecim bythianteos et ec chartula sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato gregorio distributor cum consensu memorato iohanne viro suo ego pro ei subscripsi † an. 990.

† ego iohannes presbyter et distributor subscripsi †

† ego iohannes presbyter testi subscripsi †

† ego paulus subdiaconus testi subscripsi †

† ego iohannes subdiaconus testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXVII.

an. 990. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo. sed et constantino magno Imperatore anno vicesimoseptimo: die duodecima mensis februarii indictione tertia neapoli. Certum est nos maria et anna monacha seu drosu honesta femina et gemma seu gregorie honestis puellis uterinas germanas filias quondam domini marini monachi et quondam domina maru honesta femina iugalium personarum. A presenti die promtissima voluntate pro dei amore et salbationis anime quondam memorato domino marino monacho genitori nostro: offerumimus et tradidimus vobis domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergiì et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapincta situm in viridiarium et at cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabili vestros monasterio presentibus et futuris. Idest integra una petia de terras nostras positas in pumilianum foris arcora: una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: qui coheret sivi ab uno latere fumdum memorati sancti et venerabili vestri monasterii et ab alio latere via publica de uno capite est puteum vestrum memorati sanctu et venerabili vestro monasterio: et de alio capite est terra vestra de memorato loco: ut av odierna die et deinceps iamdictas memoratas petias de memorata terra ut super legitur a nobis vobis sit oblatum et traditum in vestra vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio sit oblatum et traditum quidquid exinde facere volueritis libera semper abeatis potestate: et neque a nobis memorata maria et anna monacha seu drosu honesta femina et gemma seu gregorie honeste puelle ego memorata drosu honesta femina cum voluntate aligerni viri mei neque a nostris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vobis memorato domino filippum venerabilem igumeno aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio aut memorata sancta et venerabili vestra congregatione monachorum quod absit habeatis exinde aliquando quacunque requisitione aut molestia a nunc et imperpetuis temporibus. quia ita nobis placuit: si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur

per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos triginta bythianteos et ec chartula sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorata maria et anna monacha et drosu honesta femina seu gemma et gregorie honestis puellis uterines germanes quod ego qui memoratos ab eu rogatus pro ·ees subscripsi †

† ego aligernus subscripsi †

† ego ursus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini marini rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata tertia indictione †

CCXVIII.

an. 990. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo: sed et constantino magno Imperatore frater eius: anno vicesimo septimo: die nona mensis martii indictione: tertia neapoli: Certum est nos stephano filium quondam leoni et gregorio hoc est genitore et filio: nos memorato genitori et filio: una cum consensum eufimmia nurua et cognata nostra: qui fuit conius quondam martini filio et germano nostro: avitatoribus: de loco qui nominatur galloro: a presenti die: proptissima voluntatem: Venumdedimus et tradidimus tivi domino sergio venerabili presbiterum: filium quondam idest una petia de terra nostra: que nominatur: nepetianum posita: in memorato loco: seu: venumdedimus tivi et portione nostra: de fundum commune: nostrum: et de aliis hominibus: posita in eodem loco una cum arboribus et introitas earum: et omnibus sivi pertinentibus qui coheret at memorata petia de terra: ab una parte terra ecclesia sancti severi: ab alia parte coheret terra de illu palamenestra: ab alia parte coheret terra de illu pantaleone: sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: ab alia parte terra de memorata ecclesia sancti severi: Unde nihil novis exinde: aliquod remansit: aut reserbavimus: nec in aliena cuiusque persona: quod apsit commisimus aut iam commictimus potestatem: set a presenti die: et deinceps: a novis tivi sit illos venumdatum et traditum: in tua tuisque heredibus sit potestatem quidquid exinde facere volueritis: semper liberam abeatis potestatem: et neque a novis neque a nostris: heredibus nec a novis personis summissis nullo tempore: nucquam tu memorato domino sergio presbiterum: aut tuis heredibus: quod apsit aveatis exinde: quacumque requisitione aut molestia a nunc et inperpetuis temporibus: insuper et ab omni homine omnique persona: omni tempore: nos memorato genitore et filio heredibus nostris: tivi tuisque heredibus: illos in omnibus antestare et defensare deveamus: propter quod accepimus a te exinde: idest auri tari triidecim: sicut inter novis combenit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis: tunc componimus nos et heredibus nostris: tivi tuisque heredibus: auri solidos decem vythianteos: et hec chartula venditionis ut super

legitur: sit firma scripta per manum leoni curialis per memorata indictionem ✝ hoc signum ✝ manus memorati stephani: hoc signum ✝ manus memorati gregorii: genitori et filio: una cum consensum memorata eufimmia: nurua et cognata illorum: quod ego qui memoratos av eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi ✝

✝ ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✝

✝ ego theodorus filius domini ursi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✝

✝ ego iohannes filius domini gregorii monachi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi ✝

✝ Ego leo Curialis complevi et apsolvi per memorata tertia indictionem ✝

CCXIX.

an. 990. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo: sed et constantino magno Imperatore frater eius anno vicesimo septimo: die vicesima quarta mensis martii indictione tertia neapoli: Certum est me leone ferrarium filium quondam leoni ferrarii cui super nomen rusco: a presenti die proptissima voluntatem: venumdedi et tradidi vobis palumbo vicedomino filium quondam voni et maria hoc hest iugales: idest una inferiora cellarei mei: qui est subtus superiora dommui quidem leoni ferrarii filium quondam gregorii ferrarii et in quantum subtus superiora dommui mee: posita in vico qui nominatur sancti georgii in diaconia regionis summa platea: una cum aspectibus suis et cum dua introita et omnibus sivi pertinentibus: qui coheret sivi a parte septemtrionis cellarum tuum memorati palumbi sicuti inter se per trabersum duas signatas grucis exfinat: et a parte meridiana coheret introitas in quo est posticum et regias suas qui exiet in memoratum introitum: et a parte horientis coheret cellareum memorati leoni ferrarii filio quondam memorati gregorii ferrarii sicuti inter se parietem exfinat et a parte hoccidentis: coheret memorato vico publico: et regias duas qui exiet in memorato bico: unde nihil mihi ab intus ipsas coherentias exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona quod apsit commisit aut iam commictimus potestatem: set a presenti die et deinceps: a me vobis memoratis iugales sit illos venumdatum et traditum in vestra: vestrisque heredibus sit potestatem queque exinde facere volueritis: et neque a me memorato leone ferrario neque a meis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore nucquam vos memoratis iugales aut vestris heredibus: quod apsit abeatis exinde quacumque requesitione aut molestia a nunc et in perpetuis: temporibus: insuper et ab omni homine omnique persona: omni tempore ego memorato leo et heredibus meis vobis vestrisque heredibus: illos in omnibus antestare et defensare deveamus propter quod accepi a bovis exinde auri tari vyginti: sicut inter novis combenit si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis: tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos duodecim vyzanteos:

et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorati leoni ferrarii quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eu subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego theodorus filius domini ursi rogatus a suprascripto leone testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego leo filius domini iohannis rogatus a suprascripto leone testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego iohannes filius domini gregorii monachi rogatus a suprascripto leone testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego leo Curialis Complevi et atpsolvi per memorata tertia iudictionem †

CCXX.

an. 990. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo: sed et constantino magno Imperatore frater eius anno vicesimo septimo: die vicesima octaba mensis: martii indictione: tertia neapoli: Certum est me iohannem chaballo filium quondam cesarii: una cum consensum anna coniugi mee: abitatoribus de loco qui nominatur umbrianum: famulis sancte et domine nostre: neapolitane ecclesie: A presenti die: proptissima voluntatem: Venumdedi et tradidi tivi domino stephano venerabilem presbiterum: custus vero ecclesie sancti severi situm at gurgite regionis summa platea: et per te in memorata hecclesia sancti severi: idest integra una petia de terra mea que nominatur mauganum: una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: posita in memorato loco: qui coheret at memorata petia de terra: ab uno latere terra qui modo detinet domino petro filium quondam domini aligisi: abet ividem: de longitudine passi nonaginta quactuor: et ab alio latere terra abet ividem: de longitudinem passi nonaginta sex: ab uno chapite terra leoni nepoti meo abet ividem de latitudine passi duodecim: et ab alio chapite coheret via publicha: abet ividem de latitudinem passi biginti tres: memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: unde nihil nobis ab intus ipsas coherentias qualiter per memorati passi mensuratum est exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque persona: quod apsit commisimus aut iam comictimus potestatem: set a presenti die: et deinceps a me una cum consensum memorate coniugi mee: tivi memorato domino stephano presbyterum et per te in memorata ecclesia sancti seberi sit illos venumdatum et traditum in tua tuisque posteris et in memorata ecclesia sit potestatem queque exinde facere volueritis: semper liberam abeatis potestatem: et neque a novis neque a nostris heredibus: nec a nobis personis: summissis: nullo tempore nucquam tu aut posteris tuis aut memorata hecclesia sancti seberi quod apsit abeatis exinde quacumque requesitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: insuper et ab omni homine omnique persona: omni tempore ego memorato iohanne chaballo et heredibus meis tivi tuis-

que posteris bel at memorata hecclesia sancti seberi illos in omnibus antestare et defensare deveamus propter quod accepi a te exinde idest auri tari quadraginta sex: sicut inter nobis combenit si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis: tunc compono ego memorato iohanne chaballo et heredibus meis: tivi tuisque posteris et at memorata hecclesia sancti seberi auri solidos viginti sex bythianteos: et hec chartula venditionis ut super legitur: sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata tertia indictione † hoc signum † manus memorati iohanni chaballo una cum consensum memorate anne coniugi ue quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† Sergius archiepiscopus subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii monachi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego aligernus filius domini sergii rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego leo Curialis Complevi et atpsolvi per memorata tertia indictionem †

CCXXI.

Christe fave.

an. 990. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo. sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo septimo die tricesima mensis martii indictione tertia neapoli. Certum est me atitio filio quondam petri leoni de leoperga. avitator vero in loco qui vocatur casaferria territorio padulano. A presenti die promicto vobis domino leoni venerabili presbitero custus ecclesie sancti euthimii. propter integr integrum fundum tuum iuris memorate ecclesie vestre posite in memorato loco casaferria simul et propter integra una petia de terra tua que vocatur at campu posita ibi ipsum insimul cum arvoribus et introitas suas omnibusque sivi pertinentibus. coherente a memoratum fundum a duobus lateribus fundum heredum veneri de uno capite fundum de illi malaci. ex alio capite via publica. et ad ipsa terra coheret de uno latere terra de illi armaguadium. de alio latere et de uno capite terra stephani neapolitani. ex alio capite via publica. quas mihi meisque heredibus dedisti at responsaticum. In eo tenore quatenus in mea meisque heredibus sit potestate tenendi et dominandi fruendi et comedendi et omnia et in omnibus super nos recolligendi unde nullam partem tu vel posteris tuis mihi meisque heredibus exinde queratis. preter nullomodo presummimus ego vel heredes meis per quolibet modum eos alicui vel ubique dare aut subiugare. tantum modo ego et heredes meis vobis posterisque vestris et in memorata ecclesia exinde omni annuo per festivitate sancte marie de augusto mense responsaticum dare et persolbere debeamus. idest fasioli rubei modium unum et quartas quinque tractum paratum usque intus porta memorate vestre ecclesie mensuratum at modium iustum da comedendum et at quarta iusta. absque omni amaricatione. et si ego vel heredes meis tibi vel at tuis posteris non atduxerimus memoratum responsaticum ut super legitur in memoratum constitutum et post ipso constituto illuc beneritis aut direxeritis at recolligendi tunc. ego et heredes meis at tres personas vestras et at caballos vestros manducare et vibere dare

debeamus ut iustum fuerit. et vos et posteris vestris licentiam abeatis me et heredes meis exinde pignerare et nullatenus presumet tu vel posteris tuis aut memorata ecclesia mihi vel at meis heredibus memoratum fundum et terra vestris tollere per nullum modum dantes et persolbentes ego et heredes meis tibi et at tuis posteris exinde omni annuo memoratum responsaticum ut super legitur et quandoque ego vel heredes meis tibi et a tuis posteris memoratum fundum et terra nostris abrenuntiare voluerimus licentiam et potestatem abeamus exinde exire cum omni nostra substantia queque abuerimus absque: omni vestra posterisque: vestris contrarietate. excepto sepes et fructus quos exinde exscotere vel versare non debeamus Quia ita nobis stetit. Si autem aliter fecerimus et minime atinpleverimus ego vel heredes meis de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissis personis tunc componimus vobis posterisque: vestris et in memorata ecclesia auri solidos triginta bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus sergii tabularii scribere rogatus per indictione memorata tertia † hoc signum † manus memorati atitii quod ego qui memoratos pro eu subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥС ΔΝ ΓΡΕΓΟΡΙΙ ΤΕСΤΙ СΟΥΒ †

† ΕΓΟ СΤΕΦΑΝΟΥС ΦΙΛΙΟΥС ΔΝ ΙΩ ΤΕСΤΙ СΟΥΒ †

† ego gregorius filius domini ursi testi subscripsi †

† Ego sergius tabularius Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

CCXXII.

an. 990. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo sed et constantino frater eius anno vicesimo septimo die septima mensis aprilis indictione tertia neapoli: Certum est nos filippo umilem iygumeno: monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc: congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui nominatur casapitta situm in biridiario: una cum volumtate cunta et venerabilis nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostris monasterii: A presenti die promptissima: volumtate dedi tibi urso molinatore filio quondam petri cui supra nomen russo de loco qui nominatur tertium idest integrum: molinum: nostrum: una cum integra clusuria de terra: ubi est memoratum: molinum: positum in memorato loco tertium: una cum arvoribus et introitas suas et cum ferroras et mole sue et omnibus sibi pertinentibus: in eo vero tinore ut amodo et usque in sex anni expleti in tua tuisque heredibus sint potestate ibidem in memoratum molinum: abitandi et residendi et omnia quodcumque in memoratum molium: amodo et usque in memorati sex anni expleti lavorare et comquirere potueritis in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis: unde nullam sortem aut partem tibi tuisque heredibus exinde queramus aut tollamus per nullum modum: tantummodo tu et heredes tuis nobis nostrisque posteris et in memorato sancto et venerabili nostro monasterio per omni annue in sancte marie de agusto: mense dare et atducere debeatis idest triticum modia septuaginta bonum siccum tractum paratum: usque intus porta memorato sancto et venerabili nostro monasterio mensuratum at modium iustum sine omni amaricatione: similiter et per omni annue in memorata festibitate sancti sebastiani nobis nostrisque posteris dare et atducere debeatis dua modia de pane vonu mundum et per omni annue per iobidie sanctum similiter modium: unum bonum mundum tractum paratum: usque intus memorato sancto et benerabili nostro monasterio sine omni amaricatione insuper dedi tibi in beneficium et integrum unum modium de terra iusta ipsum: molinum per passi mensuratum: ut in tua tuisque heredibus sint potestate ipsum: modium

de memorata terra frugiare amodo et usque in memorati sex anni expleti: unde nullam vobis exinde queramus aut tollamus per nullum modum: reliquum qui de memorata clusuria remanserit sic faciamus de subtus et super quomodo feceris totus ipse locus cum suis pertionariis: et si ipse mole: relibe-raberis tunc nos et posteris nostris vobis vestrisque heredibus dare debeamus mola una et tu et heredes tuis ponere debeatis alia una mola: et nullatenus presummimus nos aut posteris nostris tibi tuisque heredibus ante memorati sex anni expleti illos tollere per nullum modum nec tu aut heredes tuis illos atbrenuntiare et da memorati sex anni in supra si ibidem in memoratum: molinum: et in memorata clusuria hominem propium: nostrum ponere voluerimus licentiam et potestatem abeamus: vobis illos tollere et si ibidem: ominem propium: nostrum ponere noluerimus et de alia personas plus atfluberimus licentiam abeatis vos illos tenere et si illos tenere nolueritis licentiam: abeamus: illos dare cui voluerimus et si da memorati sex anni expleti exinde exire volueritis licentiam: abeatis exinde exire cum homni vestra utilitate et de ipsum annum quando exinde exieritis nulla pensione vobis queramus et quando exinde exieritis ipsum molinum cum omni sua paraturia et conciaturia in nostra nostrisque posteris memoratoque sancto nostro monasterio rebertantur potestate cuiux iure exe bidetur quia ita nobis: vone volumtatis placuit Si autem nos aut posteris nostris quobis tempore contra a chartula ut super legitur benire presumpserimus et in aliquit hoffensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et posteris nostris tibi tuisque heredibus auri solidi triginta bythiantei et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum leoni curialis per memorata tertia indictione †

et oc memorati sumus ut tu aut heredes tuis qualibet amaricatione aut tardietate nobis nostrisque posteris exinde feceritis in memorata constitutas at dandum memoratum triticum et memoratum pane ut super legitur: a tunc licentia et potestatem abeamus nos et posteris nostris at preendere et vos pignorare in omnem vestram hereditate seu substantia de intus et foris ubi voluerimus usque donec at nostra perbeniamus iustitia:

† Φιλιππος ἁμαρτωλο̃σ καὶ ἀναξιοσ ηγου̃μενοσ ἰδιόχειροσ ἔγραψα:

† ΕΓΟ ΛΕΟ ΜΟΝ ΕΘ ΠΡCΒ COΥΒ †

† νὲιλοσ ἁμαρτωλόσ καὶ αναξιοσ πρεσὺιτεροσ ιοδιοχείροσ ἔγραψα †

† ΕΓΟ ΙΩ ΔΗΆΚΟΝΟC ΈΘ ΜΟΚΟC COΥΒ †

† ego marinus filius domini gregorii rogatus a suprascripto igumeno et ab eius congregatione testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripto igumeno et ab eius congregatione testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis rogatus a memorato igumeno et eius congregatione testi subscripsi †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per memorata tertia indictione †

CCXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo primo: sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo octabo. die tertia mensis martii indictione quarta neapoli: Certum est nos filippum umilem ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachii qui nuc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui nominatur casapicta situm in viridiarium : una cum cunta congregatione memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promictimus tivi sergio venerabili presbytero filio quidem iohannis calciolarii: propter integra ecclesia nostra voeabulo sancte eufimie christi martira qui sita exe videtur in regione ficariola iusta murum publicum: ubi domino bolente te ibidem costodem posuimus in ea videlicet ratione ut tu in memorata ecclesia nostra de dies ante oras vel post oras omnem officium sacerdotalem facere debeas luminariorum vero concignatione celebrare et exibere deas cuctis diebus vite tue ut aput deum tivi mercis atcrescat et coram ominibus laus: et pro alimonis tuis dedimus et tradidimus tivi idest integrum ortum qui ex ante memorata ecclesia nostra. una cum cella qui est intus memoratum ortum seu piscina qui ibi est et una cum omnia quantum at ipsa ecclesia nostra pertinet beate eufimie: et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus: Ut in tua sit potestate diebus vite tue tenendi et dominandi quamque frugiandi ut de ipsa frugia faciat omnia que bolueris: et omnia quod ibidem oblatum fuerit a biribus et a uliemribus tue sit potestatis: si autem fuerit inmovile aut qualecumque movile maiorem siat de ipsa ecclesia: insuper tu dimittere debeatis in memorata ecclesia post tuum obitum idest un planeta linea cum orarium et corporale: Verumtamen et amodo et usque. per totum magio mensi isto prossimo atbeniente conciare debeatis memorata ecclesia omnia quantum ibidem at conciandum abuerit: et memorata cella amodo et usque: in unum annum expletum eas conciare debeatis insimul at omni tuo expendio. Insuper atsignabimus nos tivi a die presentis idest movilia de memorata ecclesia in primis idest unum pannum quod est ossecium bonum cum una sindone insimul ambos desuper altare: et unum facietergium stellatum plumatuma ampul

an. 991.

maiore cum tres cruces de antiscu et alium exseccu pictulu: et quactuor manupule cum cruce de lintiscu: et turabulu de ramme una cum duas cruces una exinde ferrea et alia erea: et una coronella de ramme: quaterni dui de festivitate memorate sancte eufimie et unum quaternum pictulu de cerbasi: liber commite plenarium franciscu scriptum calicem sanctum de stagnum super inargintatu cum patina sua de stagnum serolella pictula hab aqua sanctificata: ut ec omnibus memoratis salbum facere debeatis in memorata ecclesia. tantummodo omni anne nobis posterisque: nostris dirigere debeatis dua paria de oblate unum parium inativitate domini et alium parium in sanctum pasce: et mini presumerimus nos aut posteris nostris te exinde foris eicere aut qualibet sacerdotem aut clericum vel monachum super te ibidem ponere per nullum modum cuctis diebus vite tue: post vero tuum transitum memorata ecclesia et cum omnia que tivi atsignabimus in nostra nostrisque posteris rebertantur et sit potestate et cui eas largire volueris licentiam abeamus: et pro ipsum calicem sanctum quod tu ibidem spopondisti dare in memorata ecclesia tuc in memorata ecclesia per ipsum calicem sanctum dimictere tibi alia causa atbaliente tare unum: quia ita nobis combenit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et posteris nostris omnibus diebus vite tue idest auri solidos biginti quactuor bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata indictione †

† Φίλιππος ἁμαρτολὸσ καὶ ἀναξιοσ ἡγούμενοσ ἰδιόχεῖροσ ἔγραψα †

† ΕΓΟ ΛΕΟ ΠΡΒ ΕΘ ΜΟΝ CΟΤΒ †

† νεῖλος μο καὶ ἀνάξιοσ πρέσβύτερος ιδιοχειροσ εγραψα †

† ιω ἁμαρτολὸσ μο ιδιχηρος εγράψα †

† ego cesarius filius domini petri rogatus a suprascripto igumeno et ad eius congregatione testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini elia rogatus a suprascripto igumeno et ad eius congregatione testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascripto igumeno et suprascripta eius congregatione testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et avsolvi die et indictione memorata quarta †

CCXXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo primo : sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo octabo : die tertia mensis martii. indictione quarta neapoli : Certum est me sergium venerabilem presbiterum filio quidem iohannis calciolarii cui super nomen sardella : A presenti die promicto vobis domino filippo umilem ygumeno monasterii sanctorum sergii et baschii qui nuc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui nominatur casapicta situm in viridiarium : et at cucta congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii : propter integra ecclesia vestra bocabulo sancte eufimie christi martira qui sita exe videtur in regione ficariola iusta murum publicum : Ubi domino bolente me ibidem custodem ordinastitis : in ea videlicet ratione ut ego in memorata ecclesia vestra de dies omnem officium sacerdotalem facere et exibere debeas bespertine seu missarum sollemnia et oris laudibus concinnatione sibe ante ora sibe post ora exercere debeam ut apud deum michi mercis atcrescat et coram ominibus laus : et pro alimoniis meis dedistitis mihi seu tradidistitis idest integrum ortum qui est ante memorata ecclesia vestra una cum cella qui est intus memoratum ortum seu piscina qui ibi est et una cum omnia quantum at memorata ecclesia vestra pertinent beate eufimie : et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus : ut in mea sit potestate omnibus diebus vite meae tenendi et dominandi quamque frugiandi ut de ipsa frugium faciam ego omnia que boluero : et omnia quod ibidem oblatum fuerit a biribus et a mulieribus meae sit potestatis : Si autem fuerit inmovile aut qualecumque movilem maiore siat de memorata ecclesia : insuper ego memorato sergio venerabili presbytero dimictere debeamus in memorata ecclesia idest una planeta linea cum orareum et corporale : et pro ipsum calicem sanctum ihidem dimictere promicto alia causa atbaliente tare unum : insuper promicto vobis ut amodo et usque per totum magio mense isto prossimo atbeniente conciare debeamus memorata ecclesia omnia quantum ibidem at conciandum abuerit : et memorata cella amodo et usque : in unum annum expletum similiter eas conciare debeamus insimul at omni

an. 991.

meo espendio : Verumtamen atsignastitis mihi a die presentis idest movilia de memorata ecclesia in primis idest hunum pannum quod est osseccum bonum cum una sindone insimul abbos desuper altare : et unum facietergium stellatum plumatum : mappula maiore cum tres cruces de antisacu : et alium exseccu pictulum : et quatuor mappule cum cruces de lintiscu : et unum turabulum de ramme : et duas cruces : una ex ea ferrea : et alia erea : et una coronella. de ramme : quaterni dui de festibitate memorate sancte eufimie : et unum quaternum pictulum de festibitate sancti cerbasi : et unum liber comitem plenarium manu francisca scripta : calicem sanctum de stagnum super inargintatu : cum patina sua de stagnum : serolella pictula hab aqua santificata : ut ec omnibus memoratis salbum facere promicto in memorata ecclesia : tantummodo omni annue omnibus diebus vite meae vobis posterisque vestris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio dirigere debeamus dua paria de oblate. unum parium in nativitate domini : et alium parium in sanctum pasce : et minime presummetis bos aut posteris vestris me exinde foris eicere aut qualibet sacerdotem vel clericum aut monachum super me ibidem ponere per nullum modum cuctis diebus vite meae : post vero meum transitum cucta memorata integra ecclesia et cum omnia memorata que mihi atsignastitis ut super legitur in vestra vestrisque posteris rebertantur et sit potestate cuius iure exe bidetur : quia ita nobis combenit : Si autem minime adimplebero de is omnibus memoratis et in aliquit offensus fuero per quobis modum aut summissis personis tuc compono ego omnibus diebus vite meae vobis posterisque : vestris idest auri solidos biginti quactuor bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum sergii curialis per memorata quarta indictione †

† ego sergius presbyter subscripsi †

† ego cesarius filius domini sergii monachi rogatus a suprascripto sergio presbytero testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini elia rogatus a suprascripto sergio presbytero testi subscripsi †

† ego petrus filius domini petri rogatus a suprascripto sergio presbytero testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis · Complevi et avsolvi die et indictione memorata quarta †

CCXXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo primo sed et constantino frater eius magno Imperatore anno vicesimo hoctabo die tricesima mensis aprilis indictione quarta neapoli: Certum est nos drosu filia quondam leoni deactone qui fuit de loco qui vocatur curti et iohannes oc est genitrice et filio coniux cum filio quidem sparani monachi: A presenti die promtissima bolumtate Venumdedimus et tradidimus tibi sillicta filia quondam iohannis. Idest integra una petia de terra nostra que nominatur casa melara posita in loco qui nominatur serofilianum una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus pertinente nobis per quondam memorati leoni et maria genitoribus et abiis nostris qui et coheret sivi ab uno latere terra quidem iohannis cuparii qui nominatur barboni et abet ibidem de longitudine passi triginta tres et ex alio latere coheret terra boni isabri qui nominatur capograssa et abet ibidem de longitudine passi triginta unum et de uno capite coheret terra quidem iohannis deatone germano et thio nostro. et abet ibidem de latitudine passi undecim et ex alio capite coheret via publica et abet ibidem similiter de latitudine passi undecim: memorati vero homnes passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. Unde nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena cuiusque personas quod absit commisimus aut iam commitimus potestatem set a presenti die et deinceps prenominata memorata integra una petia de memorata terra una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus et sicuti tibi illos per memorate coherenties et per memoratis passi insinuabimus sicut superius legitur a nobis tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem quidquid exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem et neque a nobis memorata drosu et iohannes oc est genitrice et filio neque at nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorata sillicta aut heredibus tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nuc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et

an. 991.

heredibus nostris tibi tuisque heredibus exinde ab omni omine omnique personas in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepimus a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione Idest auri tari viginti tres sicut inter nobis combenit: Si autem nos aut heredibus nostris quobis tempore contra anc chartula venditionis ut super legitur benire presumserimus et in aliquis offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos viginti quadtuor bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata quarta indictione †

Hoc signum † manus memorata drosu et iohannis genitrice et filio quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† ego iohannes scriptor rogatus a memorata genitrice et filio testi subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascripta genitrice et filio testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascripta genitrice et filio testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata quarta indictione †

CCXXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino an.
nostro basilio magno Imperatore anno *tricesimo secundo*. sed et constantino 992.
frater eius magno Imperatore anno vicesimonono die......decima mensis februarii indictione quinta neapoli: Merissi dibisionis facta a me eupraxia honesta femina filia quondam sergii et quondam maria honesta femina iugalibus una cum consensu domini petri comitis viri mei: de terris nostris que abemus in loco qui nominatur malitum seu et in loco qui nominatur at sanctum petrum at paternum quod est super clibum benebentanum: qui nobis pertinet per quondam memoratis iugalibus genitoribus nostris: quas dibidere visa sum in secundam parte inter me et te bidelicet drosu honesta femina uterina germana mea tu memorata drosu germana mea cum consensu iohannis viri tui cognati mei: De qua tetigit in ista portione prima . Idest portio de integra clusuria nostra posita in memorato loco *malito* hoc est a parte orientis iusta terra de ominibus de carpinianum: Unde reliqua *portio* ex ipsa clusuria hoc est a parte occidentis iusta terra aligerno et stephano fiolariis de portanoba: sicuti inter ista portione prima et portione secunda per trabersum duos terminis exfinat: seu tetigit ihc in ista portione prima et integra corrigia de terra nostra qui fuit quondam marini scarpati qui coheret sivi ab uno latere terra hecclesia sancti stephani que ponitur ad arcum roticorum et de alio latere coheret terra heredes iohanne catitiella de memorato loco carpunianum et de uno capite coheret terra similiter de ominibus de carpunianum et de alio capite est coniuntam cum memorata portione de memorata clusuria qui in ista tetigit portione sicuti inter se sepis exfinat.........tetigit ihc in ista portione prima et portio de alia petia de terra nostra que nominatur calimera posita in memorato loco malitum et est per trabersum dibisa hoc est a parte orientis iusta terra . unde reliqua portio ex ipsa terra hoc est a parte occidentis iusta terra heredes domini gregorii curialis et scriniarii tetigit in portione secunda et abet de longitudine da duabus lateribus passi triginta quadtuor at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se per trabersum duos terminis exfinat: et ista portio prima via dare

debeas at portione secunda pro ingrediendi et egrediendi cum omni sua utilitate in memorata clusuria portione......... hec vero portio prima una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus : legatio vero de disposita que fecerunt memoratis iugalibus genitoribus nostris ut continet sit inter nobis nostrisque heredibus firmum : Si quis autem de nos vel de nostris heredibus quobis tempore contra anc merissi dibisionis ut super legitur benire presumseris per se aut per summissis personis tunc componat pars ipsius infidelis et suis heredibus at partem fidem serbantis eiusque heredibus auri libra una bythiantea et hec merissi dibisionis ut super legitur sit firma scripta per manum petri curialis per memorata quinta indictione †

hoc signum † manum memorate personas quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ· ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTE ΠΕΡCΟΝΕC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

† Ego leo Curialis rogatus a memoratas personas testi subscripsi †

† ego manso filius domini simeonis rogatus a suprascripte persones testi subscripsi †

CCXXVII.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo secundo. sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo nono die prima mensis aprilis indictione quinta neapoli. Certum est nos ammato filio quondam augusti et sergio hoc est genitori et filio tam pro vice nostra et pro vice iohannis filio et germano nostro qui icausus est et abitatoribus in loco qui vocatur canineo territorio porta romana. A presenti die promicto vobis domino filippum venerabili igumeno monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodorii et sebastiani situm in viridiarium *qui appellatur* casapicta. et domino stephano venerabile abbate monasterii sanctorum severini et sossi ubi eorum venerabilia corpura requiescunt. et at cuntes ambe congregationes monachorum memorati et venerabilis vestri sancti monasterii: propter integram portione de campum vestrum: positam in memorato loco canineum que vobis et in memorata sancta et venerabilia vestra monasteria dimisit per firmissimum suum dispositum quondam domino iohanne filio quondam domini petri cui supra nomen pictulo. una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis. et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus quas vero memoratas portiones vestras de memoratum canpum nobis nostrisque heredibus dedistitis at detinendum: et lavorandum: in eo tenore: ut in nostra nostrisque: heredibus sit potestate tenendi et dominandi seu pastenandi et arbustandi et super nos recolligendi subtus et super unde nullam parte nobis nostrisque heredibus non queratis per nullum modum: tantumodo omni annue nos et heredibus nostris vobis vestrisque. posteris et in memorata sancta et venerabilia vestra monasteria dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense: idest auri tare unum bonum expendibile: et unum modium de fasioli rubei: et senium una quarta de nuce mundate: sine omni amaricatione: et non abeatis licentia vos et posteris vestris nobis nostrisque heredibus illos tollere per nullum modum: dantes et atinplentes omni annue omnibus memoratis ut

an. 992.

super legitur: insuper stetit nobis ut si nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorata sancta et venerabilia vestra monasteria non atduxerimus omnibus memoratis ut super legitur post dies octo de sancte marie de augusto mense et vos et posteris vestris illunc at pignorandum. veneritis tunc nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et at caballis vestris manducare et vivere dare debeamus quomodo iustum fueris: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc conponimus vobis posterisque vestris auri solidos viginti bythianteos et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per memorata indictione †

hoc signum † manus memorato ammato et sergio hoc est genitori et filio tam pro vice eorum et pro vice iohannis filio et germano eorum qui icausus est quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego sergius filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΤC ΦΙΛΙΟΤC ΔΝ ΙΩ ΤΕCΤΙ CΟΤΒ †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata quinta indictione †

CCXXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo secundo: sed et constantino frater eius magno Imperatore anno vicesimo nono: die sexta decima mensis iunii indictione quinta neapoli: Horta est itaque intentio inter nos aligernum filium quondam stephani qui nominatur de pantalione: et vos videlicet leone ferrario filio quondam gregorii ferrarii de intentione quem inter nos abuimus propter via carraria commune nostra et de aliis consortibus nostris qui badit intus clusuria mea de terra que nominatur at centum posita in loco qui nominatur maranum quomodo badit per via carraria commune qui ducit da memorato vico qui nominatur maranum et trasit per ipsa clusuria mea per coste de sepe qui est at memorata clusuria mea a parte orientis et badit usque in foras ad alias camporas de ceteris aliis consortibus nostris: de qua dicebat pars quia memorata via non ibant per ipsa clusuria mea set quomodo beniebant ipsa via carraria da memorato vico maranum ibant et intrabant per clusuria tua de terra qui ibi est a memorata orientalem partem: Iterum dicebat *pars mea quia* tu benistis et runcastis illa sepe de ipsa clusuria mea et iacuastis inde ipsa via: et pars tua dicebat vere quia tu cum aliis consortibus nostris benissetis et runcassetis illa sepe de ipsa clusuria mea et iacuastitis inde ipsa via eo quod dicebatis ud ipsa via semper per ipsa clusuria mea andabant: De qua multa altercatione exinde inter nos abuimus nunc autem perrexsimus ibidem super cum iudices pubblici et dum taliter altercassemus iudicabit exinde inter nobis oc iudicio ud si potuerit pars tua mihi ostensionem facere quomodo ipsa via carraria per memorata clusuria mea andabant per quadraginta annos iusiurandum taliter mihi cum ipsa testimonia et dicere quia memorata via carraria per memorata clusuria mea andabant ego autem ponere vobis exinde anc securitate: et si non potuerit pars tua taliter mihi illa ostendere tunc iuraret persona mea vobis et dicere quia ipsa via per ipsa clusuria mea non andabant set omni tempore ipsa via carraria per ipsa clusuria tua andabant vos faceretis mihi exinde legem eo quod runcastitis illa sepe de memorata clusuria mea: et quia in presentis ostensistis mihi illos in pubblici per ommines de memorato loco maranum etiam

an. 992.

dixerunt ipsa testimonia ud omni tempore per extate et per bendemias adabant totus ipse vicus per ipsa clusuria mea cum carrum et cum peculias et per obernum andabant illa ommines at pede: et quia in presentis recepi a parte tua et da ipsa testimonia memorata sacramenta dicente mihi ud superius atseruistitis et definibimus exinde tecum in omnibus: et amodo et semper numquam presummo ego aut heredibus meis tibi et aliis consortibus nostris et at vestris heredibus et ad omnes ommines de memorato loco maranum memorata via qualiter et quomodo superius legitur qualibet contrarietatem facere per nullum modum nec per summissam personam a nunc et in perpetuis temporibus: set omni tempore per extate et per bendemias cum carrum abere et andare debeatis et per obernum ommines at pedes ud super legitur et si quabis persona tibi et ad aliis consortibus nostris et at vestris heredibus contraberit ipsa via per me aut per meis heredibus at ut per memorata terra mea tunc ego et heredibus meis vobis illos exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietate quia ita sic nobis iudicatum est: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personam tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos quadraginta bythianteos: et ec chartula securitatis ud super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis scrivere rogatus per memorata quinta indictione †

hoc signum † manus memorati aligerni quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascripto aligerno testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΙΩ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† ego gregorius filius domini leoni rogatus a suprascripto aligerno testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis: Complevi et absolvi per memorata quinta indictione †

CCXXIX.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo secundo: sed et constantino magno Imperatore anno vicesimo nono: die sexta mensis augustii indictione quinta neapoli: Visi nanque fuisti tivi videlicet dominum filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: una cum cuntas vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: facere nobis videlicet alfano filio quondam maurini: et iohanniperto filio quondam guisoni: seu petro et guiso germanis filiis quondam marii: et abitatoribus in loco qui vocatur miiana territorio cimiterense chartula promissionis responsaticum de omnes terres vestre iuris memorati sancti et venerabilis vestris monasterii qui nominatur de illut boccuboccum: ut daremus vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: omni annue: idest responsaticum fasioli rubei modia quatuor tractum paratum usque intus perta memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: mensuratum at modium iustum: et per ipsa chartula fecistitis nobis antestandum et defensandum: et quia iterum vos memorato domino filippo venerabili igumeno una cum cuntas vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: dedistitis una ex ipse peties de memorata terra et nominatur at casale a quidem angelo filio quondam iohannis qui vocatur bespi abitator in ciccanum memorato territorio cimiterense per chartula at responsaticum: una cum alia una petias de terras vestra iuris memorato sancto et venerabili vestro monasterio: et coheret sivi at memorata petias de memorata terra que vocatur at casale at ille gripte ab uno latere terra heredes iohannis scaniclati: et de alio latere terra heredes quondam domini sergii tribuni: de uno capite est limiti publicum: et de alio capite terra sancte nolane ecclesie: et terra omminibus de cimiterium et terra heredes quondam domini alfani: et terra heredes memorati iohan-

an. 992.

nis scaniclati: et quia venimus nos memorato alfano et iohanniperto: seu petro et guiso: una cum memorata chartula que vos nobis fecistitis: et quesimus vobis ut retderetis nobis memorata petias de memorata terra: et quia perreximus ambas partes ante vestigia gloriose potestatis domino sergio in dei nomine etminentissimo consul et dux et ante iudices eorum in publico una cum memorato angelo: et iudicaverunt inter nobis hoc iudicio ut iurare nobis pars nostra ante memorato angelo: et dicere quia memorata petias de memoratas terra que vocatur at casale at ille griptule pertinet de ille terres de illut boccuboccum vos autem nobis eas illas retdere: et quia per colloquia vonorum omminibus fecimus inter nobis cum memorato angelo bona combenientia: asque: omni sacramentum: et a presenti die promisistitis vos memorato domino filippum venerabili igumeno et cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: et cum consensum memorato angelo dedistitis et tradistitis nobis memorato alfano et iohanniperto et petro seu guiso memoratas petias de memorata terra que vocatur at casale ut super legitur: at responsaticum: in eo tenore ut in nostra nostrisque heredibus sint potestate tenendi et dominandi seu seminandi et super nos recolligendi: unde nullam parte nobis nostrisque: heredibus non queratis per nullum modum: tantumodo omni annue nos et heredibus nostris vobis vestrisque. posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio dare et atducere debeamus per totum augusto mense: idest responsaticum fasioli rubei modium unum tractum paratum usque intus porta memorati sancti et venerabilis vestri monasterii mensuratum at modium iustum sine omni amaricatione: chartula vero promissionis que inter nobis facere abemus siat firmes: et stabile in perpetuum: et non abeatis licentiam nos et posteris nostris vobis vestrisque: heredibus illut tollere per nullum modum dantes et atinplentes omni annue omnibus memoratis ut super legitur quia ita inter nobis placuit: si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris auri solidos trigintasex bythianteos et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato alfano et iohanniperto: seu petro et guiso quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego petrus filius domini basili testi subscripsi †
† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †
† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †
† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXXX.

Christe fave.

an. 993. † In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo tertio: sed et constantino magno Imperatore anno tricesimo: die tricesima mensis martii indictione sexta neapoli: Certum est me urso filio quondam domini : A presenti die promtissima voluntate commutavi et tradidi vobis dominum filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabili vestri monasterii: idest integra una petiola de funducculum meum: positum in loco qui vocatur at sanctum petrum at paternum super clibum. una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coheret sivi at memoratas petiola de memoratu funducculum da tribus partibus fundum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii parte orientis et parte occidentis et parte meridiana: et de alio latere parte septemtrionis fundum de illi medici: de qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in alienas personas commisi aut iam commicto potestate: et a presenti die et deinceps iamdictam memoratas petiolas de memoratu funducculum ut super legitur a me vobis sit. commutatum et traditum in vestra vestrisque posteris sit potestate quidquid exinde facere volueritis liberam semper abeatis potestate: et neque a me memorato urso: neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquan vos memorato domino filippum venerabili igumeno aut memorata sancta et venerabili vestra congregatione monachorum aut posteris vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: insuper omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque: posteris exinde ab omni ommine omnique personas in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod exinde accepi a vobis in commutationisque: recompensationisque: idest integre due petiole de funducculum

vestrum positum in memorato loco una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: coheret sivi at memorata prima petiola de memoratu funducculum ab uno latere parte meridiana terra mea sicuti inter se via compignaria exfinat: et de alio latere parte septemtrionis via publica: de uno capite parte occidentis via publica: et de alio capite parte orientis terra petri de calbetianum: et at memoratas secundas petiolas de memoratu funducculum: coheret sivi de uno capite parte septemtrionis via publica: et de alio capite parte meridiana est memorata via conpignaria: de uno latere parte occidentis terra memorati petri de calbetianum: et de alio latere parte orientis terra memorati petri de calbetianum: de qua nihil vobis exinde aliquod remansit aut reservastitis nec in alienas personas commisistitis aut iam committitis potestate: et a presenti die et deinceps iamdictas memoratas duas petiolas de memoratas funduccula. ut super legitur a vobis mihi sit commutatas et traditas in mea meisque: heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueris liberam semper abeamus potestate: et neque a vobis neque a posteris vestris nec a vobis personis summissis nullo tempore nunquan ego memorato urso aut heredibus meis quod absit abeamus aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: quantum et quomodo continet chartula commutationis mea que vos mihi odie fecististis: sicut inter nobis combenit: si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris auri solidos triginta bythianteos et ec chartula commutationis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato urso quod ego pro eu subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripto urso testi subscripsi †

† Ego iohannes scriptor rogatus a memorato urso testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΛΠΓΕΡΝΟΥϹ ΦΙΛΙΟΥϹ ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥϹ Α ϹϹΤΟ ΥΡϹΟ ΤΕϹΤΙ ϹΟΥΒ †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXXXI.

Christe fave.

an. 993. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo tertio: sed et constantino magno imperatore anno tricesimo. die tricesima mensis martii indictione sexta neapoli: Certum est nos filippum umile igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodorii: et sevastiani qui appellatur casa picta situm in viridiarium: una cum cuntas nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate commutavimus et tradidimus: tibi domino urso filio quondam domini bitaliani idest integre due petiole de funducculum nostrum positum in loco qui nominatur at sanctum petrum at paternum: super clibum: una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: coheret sivi at memorata prima petiola de memoratum funducculum ab uno latere parte meridiana terra tua sicuti inter se via conpignaria exfinat: et de alio latere parte septemtrionis via publica: de uno capite parte occidentis via publica: et de alio capite parte orientis terra petri de calbetianum. et at memorata secunda petiola de memoratum funducculum: coheret sivi de uno capite parte septemtrionis via publica: et de alio capite parte meridiana est memoratas vias compignaria: de uno latere parte hoccidentis terra memorati petri de calbetianum: et de alio latere parte orientis terra memorati petri de calbetianum: de qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in alienas personas commisimus aut iam committimus potestate: et a presenti die et deinceps iamdictas memoratas dues petioles de memoratas funduccula: ut super legitur a nobis tibi sit commutatas et traditas in tua tuisque: heredibus sit potestate queque exinde facere volueritis libera semper abeatis potestate: et neque a nobis memoratum filippum umile igumeno: una cum cunta nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostris manasterii: neque a posteris nostris nec a memorato sancto et venerabili nostro monasterio vel a nobis personis summissis nullo

tempore nunquan tu memorato domino urso aut heredibus tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: insuper omni tempore nos et posteris nostris tibi tuisque: heredibus exinde ab omni ommine omnique personis in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod exinde accepimus a te in commutationisque: recompensationisque: idest integra una petia de funducculum tuum: posita in memorato loco: una cum arvoribus fructiferis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: et coheret sivi at memorata petiola de memoratum funducculum da tribus partibus fundum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii parte orientis et parte occidentis et parte meridiana: et de alio latere parte septentrionis fundum de illi medici de qua nihil tibi exinde aliquod remansit aut reservastis nec in alienas personas commisistis potestate: et a presenti die et deinceps iamdictas memorata petiolas de memoratum fundum ut super legitur a tibi nobis sit commutatum et traditum: in vestra vestrisque: posteris sit potestate queque exinde facere voluerimus semper liberam abeamus potestate: et neque a tibi neque at tuis heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore nunquan vos memorato filippo umile igumeno aut posteris meis quod absit abeamus aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus quantum et quomodo continet chartula commutationis nostra que tu nobis ad ec fecistis: sicut inter nobis combenit: si autem nos aut posteris nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis: tunc componimus tibi tuisque: heredibus auri solidos trigintas bythianteos et hec chartula commutationis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione †

† Φιλιππος ἁμαρ καὶ αναξιος ηγουμενος ἰδιοχειρος ἔγραψα :

† ΕΓΟ ΛΕΟ ΠΒΡ ΕΘ ΜΟΝ ΣΟΤΒ †

† ϖ̃ μ^ox καὶ ευτελεῖσ πρεσῦ ἰδιοχεῖρος ἔγραψα :

† λουκας πρεσυητερος ευτελης ηδιοχηρος ἠπεγραψα:

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego iohannes scriptor rogatus a memoratas personas testi subscripsi †

CCXXXII.

Christe fave.

an. 993. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo tertio: sed et constantino magno Imperatore anno tricesimo: die vicesima mensis iulii indictione sexta neapoli: Certum est nos petro campertario filio quondam anastasii campertarii: et gemma hoc est iugales seu anna hoc est germanis et cognatis: ego memorata anna una cum consensu petri centimularii posteriori viri mei: A presenti die promtissima voluntate venundedimus et tradidimus vobis domino sergio venerabili presbiterum filio quondam iohanni cui super nomen andrea: et anna hoc est domino et servientis custus ecclesie sancte agathe: idest integre dues peties de terras nostra posita in loco qui nominatur babulie super antenianum una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas sua: et omnibus sivi pertinentibus: qui coheret sivi at prima petia ab uno latere terra ecclesie sancte marie de memorato loco: et terra heredes sergii curialis sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: et de alio latere terra iohannis calciolarii sicuti inter se egripus exfinat: de uno capite terra de illut naupigii sicuti inter se termines exfinat: et de alio capite terra sergii ferrarii cui supra nomen mirdilla sicuti inter se termines exfinat: et at memorata secunda petia coheret sivi ab uno latere terra stephani de petro de cesario sicuti inter se levatas exfinat: et de alio latere memorati sergii ferrarii merdilla sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: de uno capite terra leoni baticulia sicuti inter se egripus et sepis exfinat: et de alio capite via publica sicuti inter se sepis exfinat: de qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in alienas personas commisimus potestate: et a presenti die et deinceps iamdictas memorate dues peties de memorata terra ut super legitur a nobis vobis sit venundatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis: et neque a nobis: neque a nostris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquan vos memorato domino sergio venerabili presbyterum et anna hoc est domino et servientis aut heredibus

vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque heredibus exinde ab omni ommine omnique personis in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod exinde accepimus a vobis idest auri solidos nobem de tari ana quatuor tari per solidos sicut inter nobis combenit∴ unde ego memorata anna recepi tari nobe et vos memorato petro campertario et gemma iugales recepimus tari vigintisepte: si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memoratos petro campertario et gemma iugales signum † manus memoratas anna hoc est germanis seu cognatis memorata anna cum consensu memorati petri centimularii posteriori viri sui quod ego pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego sergius filius domini iohannis rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascripto solidos traditos bidi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascripto solidos traditos bidi †

† ego petrus filius domini gregorii rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXXXIII.

an. 994. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimoquarto. sed et constantino magno Imperatore anno tricesimo primo: die sesta mensis ianuarii indictione septima neapoli: Certum est nos petrum et sergio seu cesario uterinis germanis filiis quondam domini gregorii munduli postmodum vero monachi. A presenti die promtissima voluntate promittimus vobis domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii: quia nunquam presummimus nos aut heredibus nostris nec abeamus licentia haliquando tempore vos et posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio querere de integris personibus de quidem stephano et racculo uterinis germanis filiis quondam iohannis defisi vestris et de memorato sancto et venerabili vestro monasterio aut de suis heredibus per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus: insuper promittimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio ut non abeamus licentia aliquando tempore memorati germanis aut suis heredibus eis menare in agarias aut in qualecumque loco per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus: a nobis autem vel a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vos aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio aut memoratis germanis defisi vestris aut suis heredibus exinde aliquando querere per nullum modum ut super legitur nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus: quia ita nobis placuit: si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris auri solidos trigintas sex bythianteos et ec chartula promissionis securitatis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis

per memorata indictione † hoc signum † manus memoratos petro et cesario uterinis germanis quod ego pro eis subscripsi †

† ego sergius subscripsi †

† ego iohannis filius domini marini rogatus a suprascripti germanis testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΠΕΤΡΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΙ ΓΕΡΜΑΝΙC ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† ego stefanus filius domini sergi rogatus a suprascripti germani testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXXXIV.

an. 994. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo quarto sed et constantino mangno Imperatore frater eius anno tricesimo primmo die hoctaba decima mensis aprilis indictione septima neapoli: Merissi divisionis facta a me sergio filio quidem iohannis surrentini habitatores in loco qui nominatur duliolum de integras duas domos et de pischinas nostras positas vero in vico qui nominatur formelli regione apostolorum quas dividere visus sum hoc est in secundam parte: inter me et te videlicet petro uterino germano meo: de qua exinde tetigit in ista secunda portione te memorato petro germano hoc est integra una de ex ipse domui cum integrum unum arcum insimul coniunctum iuxta muro publico seu et una inferiora et superiora propria mea memorati sergii qui est a parte *meridiana* sicuti inter ipsa domum que tetigit in portione secunda et inter memorata inferiora et superiora propria mea memorati sergii inferius et superius inter nos clusa et singnate exfinant et quomodo ibidem inter nos ipsa clusa et memorate singnate exfinant sit inter *memorata* inferius et superius communiter claudere debeamus quomodocumque potuerimus ad omni commune expendium hoc est a terra usque ad sternimentum et da sternimentum usque ad tectum hec vero portio secunda una cum aspectibus et cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus. unde ad vicem exinde tetigit in portione primma alia una de memoratas domos inclitas quod est inferius et superius una cum grados suos pretineos et est iuxta hortui domini gregorii filii quondam domini ursi castaldei: et secus pischinas nostras communalis: et qui tulerit memorata primma portione refundere debeat at ista secunda portione. Idest auri tari hocto. portione vero nostras de memoratas piscinas cum atrios suos cum omnibus sivi pertinentibus qui sunt ante ex ipsa domum de portione primma remanserunt inter nobis nostrisque heredibus communalis: Si quis autem ex nobis vel heredibus meis quobis tempore contra hanc chartulam merisse divisionis ut super legitur venire presumpserit per quobis modum aut summissis personis tunc componat ipse et heredes eius ad eum qui hanc divisionem observaverit eiusque heredibus

auri solidos triginta bythianteos: et hec chartula merisse divisionis ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis per memorata indictione septima †

hoc signum † manus memorato sergio et petro germanos quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

et hoc memorando adfirmo ut quantos trabes et petras sunt intus inferiora de ista secunda portione que non sunt in edificio positos. habeat sivi portio secunda que facere volueris et ista portio secunda quando pergit ad memorata piscina non habead licerem ibidem nec in ipso atrio refigere set tantum aqua exinde sivi inpendi et atquandi et exeuntibus exinde foras legatio dispoti memorati genitori sit firma de omnibus memoratis

† Ego gregorius Curialis rogatus a memoratis germanis testi subscripsi †

† Ego iohannes filius idem domini iohanni tabularii rogatus a suprascriptis germanis testis subscripsi †

† ego gregorius filius domini leoni rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis qui memoratos Complevi et absolvi per memorata septima indictione †

CCXXXV.

an. 94. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo quarto: sed et constantino frater eius magno Imperatore anno tricesimo primmo: die nonadecima mensis aprili indictione septima neapoli: Per dispositum denique disponere et iudicare itaque visa fuit quondam maria filia quondam iohanni ferrarii cui supra nomen muca qui fuit coniux quidem cesarii ut at suum transitum dare pro anima sua memorato cesario viro suo unde voluerit. idest auri tari viginti quatuor: et iret per manibus nostris videlicet gregorio ferrario filio quondam iohanni: et iohanne ferrario filio quondam petri ferrarii cui supra nomen corbi distributoribus eius: et ipsum pretium distribueremus illos pro sua hanima sicut ipsa nobis disposuit: et sicut ipsu dispositum eius continet: et si memorato cesario viro suo aut alia quabis personas de memoratum pretium qualibet dilatione aut contrarietate nobis fecerit et noluerit nobis dare memorati tari quos superius pro anima sua iudicabit tunc licentiam et potestatem aberemus nos memoratis distributores atpreendere in omnia sua hereditate seu substantia de intus et foris ubi nobis placuerit: et venumdare cui voluerimus: tantum autem inquit unde memorati tari tolleremus: et sic distribueremus illut pro sua hanima sicut ipso dispositum suum continent: et quia memorato cesario viro suo nec suis heredibus ipsum pretium noluit nobis dare: hiccirco conbenit inter. nos memoratis distributores: et videlicet stephano negotiatori filio quondam iohanni: et a presenti die per hanc chartula venumdedimus et tradidimus tibi memorato stephano negotiatori: Idest inclita una petia sua de terra de terra que ponitur in campo de miana: una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: pertinente ad ea per parentorum suorum: coherente sivi ab uno latere terra sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se sepis et fossatus exfinat: et de alio latere coheret terra monasterii sancte patricie sicut inter se lebata exfinat: et de uno capite est caba pubblica: et ex alio capite coheret terra leoni ferrarii cui super nomen papalone: unde nihil nobis exinde aliquot remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque persona quod absit comisimus aut iam comictimus potestate: set a presenti die et deinceps prenominata memorata inclita petia sua de memorata terra posita in memorato

campo de miana : una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus : et sicuti illa per memoratas coheretias nos tibi insinuavimus sicut superius legitur : a nobis tibi sint venumdatas et traditas in tua tuisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestate : et neque a nobis memorato gregorio ferrario et iohanne ferrario distributoribus eius neque a nostris nec a suis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato stephano negotiatore aut heredes tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque. requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus propter quot accepimus a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione : idest auri- tari viginti quimque que nos presens presentis dedimus et espensimus pro anima quondam memorata maria sicut ipsa nobis disposuit et sicut ipse dispositum suum continet que aput nos abemus : quia sic inter nobis stetit : si autem nos memoratis distributores aut heredes nostris quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et in aliquit hoffensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis : tunc componimus tibi tuisque : heredibus auri solidos duoodecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma ; scripta per manus iohanni curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memoratis distributores quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro ei subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego sergius filius domini stephani rogatus a suprascriptis distributores testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego mastalus Curialis. rogatus a memoratis distributores testis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego leo filius domini petri monachi rogatus a suprascriptis distributores testi subscripsi et suprascripti tari traditos vidi †

† Ego iohannes Curialis post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata septima indictione †

CCXXXVI.

an. 994. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo quarto: sed et constantino magno Imperatore frater eius anno tricesimo primo. die vicesima mensis augustii indictione septima neapoli: Certum est nos stephanum filium quondam domini sergii et iohannem oc est genitori et filio: A presenti die promictimus tibi domino leone venerabili presbytero et primicerio custodem vero ecclesie sancti euthimii: propter integra una terra que vocatur posita vero in loco qui vocatur liciniana quod est foris arcora dudum aqueductus: Una cum arvoribus et introitum suum et omnibus eis pertinentibus quem quondam domino cesario monaco germano et thio nostro ipsa terra in predicta ecclesia tua hofferuit per suum dispositum. Coherente sivi ab uno latere terra de illi aurilii et de illi miliacci a vero alio latere terra ecclesie sancti martini iuris heredem kaloleoni. de uno capite terra de illi spatharii ex alio capite via pubblica: de qua primum omnium nos memorato genitor et filio repromictimus tibi memorato domino leone venerabili presbitero et primicerio quia numquam presumimus nos aut heredes nostris nec abeamus licentiam aliquando tempore te aut posteris tuis nec memorata ecclesia tua ex ipsa terra cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur quem memoratus germanus et thius noster in ipsa ecclesia tua offerui per memoratum suum dispositum querere aut molestare per nullum modum nec per alia ratione nec per transferendam personam aut per qualecumque modum a nunc et in perpetuis temporibus etiam et omnes homines omnique persona qui per nos aut per nostris heredibus te aut posteris tuis vel memorata ecclesia tua exinde quesierit. statim nos et heredes nostris vobis posterisque. vestris eos exinde desuper tollere debeamus absque: homni data hoccansione: Si autem nos aut heredes nostris quobis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur benire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi tuisque posteris et a memorata ecclesia tua auri solidos sedecim bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus leoni curialis scribere rogatus per indictione

memorata septima † hoc signum † manus memorati stephani et iohannis oc est genitori et filio quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego mastalus filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego leo filius domini petri rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† ego sergius filius domini theodori rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per indictione *memorata* septima †

CCXXXVII.

an. 994. † *In nomine domini* undecimo anno principatus domini nostri iohannis. et sexto anno principatus domini guaimarii eius filius gloriosi princibus mense octuber octaba indictione. dum nos petrus comes essemus in uncastello lauri.... aderant iaquintus clericus et notarius advocatore de monasterio. et aliis vonis ominibus qui subter scripti.... tunt ante nostram presentia venit dauferi. et petri. et ioffrit germani viri et filii ciciri. seu et iohannis. et ferrandu filii maiolfi et adelferii filius iohannis et post eis venit domino iohannes benerabilis abbas. gubernator et rector de monasterio sancte dei genitricis virginis marie qui fundatum esse dinoscitur ad illam turrem super ercica ad ipsam speluncam in monte vesuveo. una cum iaquintus clericus et notarius. advocator de ipso sacro et *venerabili* monasterio et causa receperunt adversus ipsis germanis...... ordine teneret unum insertetum. et ponticetum et *quercietum* et cum aliis arboribus uno tenientem. in quindecim. in locu ubi proprium nominatur in monte de peranianu per hec fines de uno latu finis monte de illo presbytero et fine deredes teuderici de sarno qui offerutum habunt in insula rubiliana. alia quamque parte fine de superscripto sancto monasterio de ipsa spelunca. descendente directum per ipsi arbori talati. quomodo ipsi termini ficti......... in ipsu limite trabersum. qui est inter rebus de ipso monasterio de subtus fine derede angeli. et ciciri. de suptano capi..... limite maiore. desuper capite fine de sarnensi hominibus ego autem interrogabit ipsis germanis quit exinde diceret. illi autem dicebat ut rebus de ipso monasterio non teneret preter dicebat ut rebus suas teneneret. et ipsam rebus cum insertetum. et ponticetum et quercietum uno tenientem per ipse finis ut diximus dicebat ipse dauferii. et ipsi germani et consorti tui ut per parentorum et per possessionem illam teneret. cumque ego supradictus comes talia audisset iudicabi adque inter se......... dare fecit ut iusta legem iuraret ipse dauferi ad dei evangelia ut per annos triginta illos tenuisset. et dominasset. post hoc factum venerunt ipsis germani dauferi et petri. et iohannis. et adelferi. cum sacramentales suos. et ipse domino iohannes benerabilis abbas. qu ipso iaquintus clericus. et notarius advocator de ipso monasterio. et cum ma-

rinus presbyter et monachus. et cum sillicto monachus. de sancta congregatione sua de suprascripto monasterio. venerunt cum evangelia ad ipsa sacramenta recipiendum. placuit inter eis per partes et dixit dauferi et petri et adelferi. cum aliis germanis suis. iuret nobis inde leo filius voni monachi. et petri de godini et abeat illut ipse monasterio. tunc statimque presente ibidem intro ipso insertitum iurabit ipse leo. et petri. et dixit per ista dei evangelia istam rebus cum inserteta et ponticeta et quercieta cum omnia intro se habentibus per ipse finis quomodo indicate sunt. quem nos .... parentibus nostris odie per triginta annos lavorabimus et *dominabimus* ipse castanee. et dominabimus proprios de ipso monasterio et vos ibidem nullam dominationem habuistis. et talem obligationem adque manifestationem fecerunt ipse dauferii et petri et ioffrit et iohannes et ferrandii et adelferi. et suis eredibus ad ipsum domino iohannes et ad posteros suos. se obligarunt ut si aliquando adveniente tempore de ipsum rebus ut diximus per ipse finis causare aut contendere presumserit sibe per testes aut per monimen anteriorem seu posteriorem aut per quacumque inbenta rationem sicut homo facere poteret quinquaginta solidos constantinianos componere obligaberunt. et per inbitis semper tacitis et contemtis manead. et hunc nostrum misimus iudicatum quod tibi aldemari diaconi et notarii scribere dittabit Lauri

† ego ioannes diaconus
† ego galdo
† ego galdo

CCXXXVIII.

an. 995. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo sexto: sed et constantino frater eius magno imperatore anno tricesimo *tertio* die quarta mensis nobembrii indictione nona neapoli: Certum est *me* cesarium cui super nobicarellum filium quondam iohanne A presenti die promptissima volumtate Venumdedi et tradidi tibi domino petro filio quondam domini stephani bulcani: Idest integra una petia mea de terra que nominatur

una *cum* integrum intersicum suum ibidem in uno coniunto hoc est a parte septentrionis posita insimul in loco qui nominatur pischinule una cum arboribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: coherente sibi memorata petia de memorata terra ab uno latere parte meridiana terra domini gregorii millusi et ab alio latere parte septentrionis coheret terra tua memorati domini petri et terra de illum papaboe et terra de ecclesia sancti petri at carbonario et de uno capite parte horientis coheret terra monasterii sancte patricie et ex alio capite parte occidentis coheret caba publica: et at ipsum intersicum et coheret sibi ab uno latere parte septemtrionis terra que modo detinet falculo aurifice et a parte meridiana est coniuntum cum memorata terra que tibi venumdedi et de uno latere parte occidentis coheret memorata caba publica et ex alio latere parte orientis coheret terra memorata ecclesia sancti petri: sicuti ibidem unum termine marmoreum tufineo exfinat: Unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque: personas quod absit commisi aut iam commito potestatem et a presenti die et deinceps prenominata memorata integra una petia mea de memorata terra una cum memoratum intersicum ibidem coniuntum una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus et sicut *illos per memoratas* coherenties insinuabi sicut superius legitur a me tibi sit venundatum et traditum in tua tuisque: heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis et neque a me memorato cesario neque a meis heredibus nec a nobis personas summissa nullo tempore numquam tu memorato domino *petro* aut heredibus tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis

personis a nunc et in perpetuis temporibus : Insuper et ab omni omine omnique persona homni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde memorata terra cum memoratum intersicum in omnibus *antestare et defensare debeamus* propter quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione Idest auri tari viginti boni sicut inter nobis combenit : Si autem ego aut heredibus meis quobis tempore contra anc chartula venditionis ut super legitur benire presumserimus aut in aliquis offensi fuerimus per quobis modum *aut summissis personis tunc compono ego* et heredibus meis tibi tuisque: heredibus auri solidos viginti quadtuor bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum petri curialis per memorata nona indictione †

hoc signum † manus memorato cesario quod ego qui memoratos pro eum subscripsi et memorati tari tradidoз bidi †

† ego iohannes filius domini cesari rogatus a suprascripto cesario testi subscripsi *et suprascriptos solidos* traditos bidi †

† ego stefanus filius domini iohannis rogatus a suprascripto cesario testi subscripsi et suprascripti tari tradidos bidi †

† ego petrus filius domini petri rogatus a suprascripto cesario testi subscripsi et suprascriptos tari traditos bidi †

CCXXXIX.

an. 996. † In nomine domini tertiodecimo anno principatus domini nostri Iohanni. et septimo anno principatus domini guaimari eius filii. gloriosi principibus mense februarius nona indictione. memoratorium factu a me sasu de eo quod ante presentia domini grimoaldi venerabilis archiepiscopi sancte sedis salernitane. et ibique ante eum astaret atenolfus iudex pro pars et bice ipsius sancte sedis guadiam mihi dederunt gaudiosus amatus et sellictus presbyter germani filii grimoaldi. et amandus filius gaudiosi. et se ipsis mediatores mihi posuerunt et pro ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus ut si aliquando tempore daeuram aut vindieuram abuerit rebus de locum uliaria quod illis modo per firma chartula per absolutionem ipsius domini archipresulis paraverunt da mulier nomine pretiosa et da musando filio eius. non abere potestatem cuicumque illut dare per nulla ratione preter in partibus ipsius archiepiscopii illut vindare ad iusto pretium quod iuste fuerit appretiatum et faciant inde scire partibus ipsius archiepiscopii per illut emendum usque dies treginta sex. et si infra ipsa constituta noluerit illut emere et dare inde illorum iusto baliente pretium tunc post ipsa constituta liceret illis et illorum heredibus illut. dare. cui boluerint. nam stante ipsa constituta cuicumque sine solutione de partibus ipsius archiepiscopii illut dederit. sicut de potestate illorum esse subsaratum. tunc sine pretium reberterent in pars ipsius archiepiscopii pro eo quod rebus ipsa ad illis et ad aliis illorum consortibus in sortione obvenit a partibus ipsius archiepiscopii. et sic eos per ipsi brebi dibisionis in partibus ipsius archiepiscopii abincatum abuit et pro quibus ipsa mater et filius sue sortionis ad ipsi nominati sicut diximus venumdederunt. proinde ipsa obligatione in partibus ipsius archiepiscopii ipsi suprascripti fecerunt. et si taliter omnia suprascripta in partibus ipsius archiepiscopii non adimpleverit et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit. pro ipsa guadia componere obligaverunt se et suis heredibus in partibus ipsius archiepiscopii biginti auri solidos constantinianos.

CCXL.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo sexto: sed et constantino frater eius magno Imperatore anno tricesimo tertio: die vicesima mensis aprilis indictione nona neapoli: Certum est me aligernum negotiante filium quondam stephani de pantalione et quondam pitrum: iugalibus: A presenti die promtissima voluptatem venumdedi et tradidi tibi leone ferrario filio quondam gregorii ferrari cui supra nomen papalone: Idest integra clusuria mea de terra que nominatur at centum posita in loco qui nominatur maranum: una cum arboribus et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus pertinente mihi per parentorum meorum Coherente sibi da amba latera terra tua memorati leoni ferrari sicuti inter se sepis exfinat et de uno capite terra ecclesie sancti castrensi sicuti sepis exfinat: et de alio capite coheret terra ursi vicedomini nuc vero monachi sicuti inter se sepis exfinat: de quibus nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque persona quod absit commisi aut iam committo potestatem: sed a presenti die et deinceps prenomminata integra clusuria mea de memorata terra que nominatur at centum posita in memorato loco maranum sicuti illas per memorates coherenties exsegregabimus sicut superius legitur una cum arboribus et cum introitas suas et omnibus sibi pertinentibus pertinente mihi per parentorum meorum a me tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem quicquid exinde facere volueritis liberam semper abeatis potestatem: et neque a me memorato aligerno negotiante neque a meis heredibus nec a nobis personam summissam nullo tempore numqua tu memorato leone ferrario aut tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando tempore quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nullamque adimbentam ratione nec per summissam personam a nunc et in perpetuis temporibus. insuper et ab omni ommines omnique persona omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione idest auri solidos tridecim de tari ana quadtuor tari per unoquoque solidos si-

an. 996.

cut sicut inter nobis combenit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personam tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos triginta bythianteos: et ec chartula venditionis ud super legitur sit firma scripta per manum gregorii curialis scrivere rogatus per memorata nona indictione †

hoc signum † manus memorati aligerni negotiante quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi et memoratos solidos traditos bidi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascripto aligerno testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis rogatus a memorato aligerno testi subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† Ego leo Curialis rogatus a memorato aligerno testis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† Ego gregorius Curialis Complevi et absolvi per memorata nona indictione †

CCXLI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo sexto. sed et constantino magno Imperatore frater eius anno tricesimo tertio. Die vicesima mensis aprilis indictione nona neapoli: Certum est me petrum filium quondam grimmi de loco qui vocatur sanctum petrum ad paternum. A presenti die promtissima voluntate promitto vobis domino filippo venerabili ygumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridario. propter ex parte de fundum vestrum hoc est in media loca simulque una cum pischina et puteum et susceptorium suum et cum casa super se cooperta cum palea et cum introitum suum omnibusque. sivi pertinentibus. qualiter inter hoc quem mihi dedistis et inter reliquum quem exinde in vestra reservastis potestatem a parte hoccidentis et meridiana termines exfinat. primum terminum quem fiximus a parte septemtrionis iuxta cassaria vestra abinde rectum in parte meridiana in secundo termine et abinde redit in parte horientis in tertio termine. et ab ipso tertio termine iterum advolvit rectum in eadem parte septemtrionis in sepe qui exfinat inter fundum heredum lupi filio domini leoni medici et inter clusuria de terra ursi medici exadelfi sui. quamque et propter reliquum ex ipsum fundum vestrum qui remansit a parte horientis una cum corrigia de terra iuxta se et cum reliquas omnes terras vestras quos habetis in memorato loco ad sanctum petrum cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitas earum omnibusque. eis pertinentibus: excepto quantum nunc exinde detinet quidem stephano defiso nostro de campum nostrum qui vocatur balesanum a parte horientis iuxta terra de illi schintilla. et excepto quantum ipse stephano defiso vestro in illa cesula detinet. et excepta inclita terra que nominatur de domino andrea et excepto inclitum fundiciolum qui est iuxta fundum heredum domini stephani filio domini leoni quas insimul in vestra reservastis potestatem: que vero ipsum ex parte ex ipsum fundum vestrum qualiter superius exegregavimus una cum omnibus memoratis ut super legitur.

an. 996.

excepto quantum superius exinde exceptuastis dedistis mihi et ad filiis meis masculis quos habeo vel habuero in colligio at lavorandum et detinendum. In eo enim tenore ut nos ibidem superhavitare et residere debeamus et ipsum reliquum ex ipsum fundum qui est a parte horientis una cum ipsa corrigia et cum ipsas omnes terras vestras. excepto quantum superius exceptuastis omni annuo apto tempore subtus et super bene diligenter lavorare et colere seu at meliorem cultum perducere debeamus in omnibus cum vobes nostros et conciaturia seu operarios et sumpta vel omnia expensa. caucumminas et vites seu fructoras ubi necessum fuerit omni annuo ibidem ponendi et plantandi seu potandi et propaginandi et albaciandi et sepes eius emarginandi et de nostra sementes illud seminandi. quamque sarire et felicandi mundandi et adimplendi omnia et in omnibus quidquid omni annuo inferius et superius ibi necessum fuerit at lavorandum et faciendum nos illud peragere debeamus ad omni nostro expendio. preter mercedes de operarios at vindemniandum et vinum ad eis vibendum et ubas pro lardum ad condendum de comune demus et pargiemus. excepto una persona de nos que non exinde pargiemus. set nos eos enutrire debeamus et ipsis mercidis eorum. nos ad eis trahere debeamus et alium omnia et in omnibus nos peragere debeamus ad omni nostro exspendio. et quodcumque omni annuo ibidem deus dederit in quolibet seminatus super nos illud tollere debeamus. et nullam partem nobis exinde queratis. preter de quod ibi seminaverimus omni annuo vobis posterisque. vestris terraticum exinde dare debeamus tanta modia quanta modia per passos fuerit. et de ipsum reliquum ex ipsum fundum qui est a parte horientis similiter vobis ipsum terraticum dare debeamus. preter de dua modia nobis omni annuo terraticum non queratis. Vinum vero mundum et saccapanna seu fructoras quas omni annuo ibidem deus dederit dividamus illud inter nobis per sex uncias. Vos autem et posteris vestris exinde percipiatis uncias sex. et ego et ipsis meis filiis masculis similiter alias sex uncias. Melas vero quantas omni annuo ibidem deus dederit dividamus illas inter nobis in quintam partes. vos et posteris vestris partes tres. et nos partes duas. portione vero vestra ex ipsum vinum et de ipsa fructoras nos vobis posterisque. vestris omni annuo exinde trahere debeamus usque. intus memorato vestro monasterio gratis. excepto medie-

tate vestra qui vos tetigerit ex ipsa aqua vos vobis faciatis illud exinde trahere conserbantes nos vobis illud in organea nostra dies tres. ficulneas vero que ibi sunt omni annuo super vos frugiare debeatis. et quandoque pro tempore ibidem ad vindemniandum direxeritis duos homines vestros enutrire debeamus ut iustum fuerit. ipsum ex parte ex ipsum fundum quantum per memoratos termines exegregavimus in nostra sit potestatem tenendi et dominandi et super nos frugiandi subtus et super unde nullam partem nobis exinde queratis. tantummodo vobis exinde dare debeamus omni annuo palea trelicia carrum unum tractum usque. intus memorato vestro monasterio gratis. alium vero palmentum et susceptorium suum qui est in ista portionem quem mihi dedistis ex ipsum fundum in vestra reservastis potestatem. etiam quantas aquas vos et omines vestris et homines qui habueritis ad avitandum in ipsum reliquum que vobis preservastis ex ipsum fundum vestrum vobis et at eis necessum fuerit de ipsa pischina vestra licerem abeatis illud tollere exinde. set ipsis vestris hominibus. que ibi abetis vel abueritis nos atiubare debeas at ponendum ipsa aquas in ipsa pischina vestra. furnum vero qui est in hoc qui mihi dedistis sit commune inter nos et ipsis hominibus qui abetis et abueritis in ipsum reliquum qui vobis reservastis ex ipsum fundum vestrum. Duleas que abetis in hoc qui nobis dedistis in vestra sint potestatem. set in quale duleum vos vinum non posueritis si nos ibidem vinum ponere voluerimus in nostra sit potestatem. et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris nec habeatis licentiam hec quantum superius nobis dedistis mihi et ipsorum filiis meis masculis vite nostre at unus pro alius vibes pro mortuus tollere per nullum modum nec per summissis personis. nos bene lavorantes et adimplentes omnia memorata. preter si hominem cum vobes vestros ibidem ponere volueritis ad avitandum et lavorandum licentiam habeatis nobis illud tollere. set de phenum et de legumina tum nos non eiciatis. Quia ita nobis complacui: Si autem ego aut ipsis filiis meis masculis quos habeo vel habuero quovis tempore contra hanc chartulam promissionis ut super legitur venire presumpserimus et in aliquid offensi fuerimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque. auri solidos triginta sex bythianteos: et haec chartula ut super legitur sit firma: scripta per manus

petri primarii per indictione memorata nona † Hoc signum † manus memorati petri quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani monachi testi subscripsi †

† Ego iohannes curialis testi subscripsi †

† ΕΓΟ ΙΩ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΕΡΓΙΙ ΤΕCΤΙ COΥΒ †

† Ego petrus primarius Complevi et absolvi per indictione memorata nona †.

CCXLII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo sexto sed et constantino. magno Imperatore anno tricesimo tertio: die vicesima tertia mensis augusti indictione nona neapoli: Certum est nos iohannem qui nominatur gige filio quondam stephani qui nominatur gige et petro filio quondam domini petri qui nominatur de maura: ego memoratus iohannes qui nominatur gige abitator da sole et luna et ego memoratus petro abitator in *loco* qui vocatur prepontianum territorio planuria maiore: A presenti die promittimus vobis domino filippum venerabile igumeno monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum teodorii et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cuntas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii: propter integres tres peties de terras nostras iuris memorato sancto et venerabili vestro monasterio: posito in loco qui vocatur campana territorio puteolano: una cum puteum aque vibe et cum griptis: et cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: coheret sivi a prima petias de memorata terra que nominatur at illut puteum ab uno latere parte septemtrionis terra heredes quondam stephani de castro puteolano que nominatur trinesilla: et de alio latere parte meridiana terra monasterii sancte marie at capelle sicuti inter se egripus exfinat: de uno capite parte orientis silice publica: et de alio capite parte occidentis terra episcopii sancte puteolane ecclesie: et at memorata secunda petias que nominatur
coheret sivi ab uno latere parte septemtrionis terra heredes sergii de crasaná de memorato castro sicuti inter se termines exfinat: et de alio latere parte meridiana terra omminibus de memorato castro sicuti inter se terminis exfinat: de uno capite parte occidentis est monte et ex alio capite parte orientis terra domini iohannis filio domini cesarii: et a memorata tertia petias que nominatur at aniana cum puteum aque vibe et griptis: coheret sivi de uno capite parte occidentis terra monasterii sancti dimitri: et de alio capite parte orientis via publica. de uno latere parte septemtrionis terra heredes: domini iohannis fusculo: et de alio latere parte meri-

an. 996.

diana terra memorati monasterii sancti dimitri: quarta petia que nominatur sambucara coheret sivi de uno latere parte septemtrionis terra monasterii sancti dimitri sicuti inter se duos terminis exfinat: et de alio latere parte meridiana terra vestra bocabulo sancti petri sitam intus memorato castro sicuti inter se duos termines exfinat: primus terminus qui est fintus in parte occidentis in pedes de castaneas: et quomodo badit directum in secundo termines qui est fintus a parte orientis iusta via publica de uno capite parte orientis memoratas via publica: et de alio capite parte occidentis est montis vestro memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: quintas petias de terras que nominatur sambucara coheret sivi de uno latere parte septemtrionis terra omminibus de memorato castro puteoli: et de alio latere parte meridiana terra de aliis omminibus vel aliis qui at fines sunt: de uno capite parte occidentis via publica: et de alio capite parte orientis terra de aliis omminibus vel aliis qui at fines sunt: sexta petias at illis arvoribus quod est corrigia: coheret sivi de uno latere parte septemtrionis terra memorati monasterii sancti dimitri sicuti inter se terminis exfinat: et de alio latere parte meridiana terra monasterii sancte marie puellarum dei situm at albine sicuti inter se terminis exfinat: de uno capite parte orientis est montis: et de alio capite parte occidentis est silice: quas vero memorates sex peties de memoratas terras ut super legitur nobis nostrisque heredibus dedistitis terraticum at detinendum. In eo tenore ut in nostra nostrisque. heredibus sit potestate tenendi et dominandi seu seminandi et super nos recolligendi unde nullam parte nobis nostrisque: heredibus non queratis per nullum modum: tantummodo omni annue nos et heredibus nostris vobis vestrisque: posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense. Idest terraticum bonum siccum de quod ibidem seminaverimus de tres petias da puplicum primas petias nominatas at illis arvoris secunda et tertia petias nominatas at ille silice: et alies tres peties vobis vestrisque: posteris dare debeamus terraticum de dua modia modia trea de quod ibidem seminavirimus insimul tractum paratum usque: intus porta memorati sancti et venerabilis vestri monasterii mensuratum ad modium quale vos tulleritis alias terraticas sine omne amaricatione: et non abeatis licentia vos et posteris vestris nobis nostrisque: heredibus illos tollere per

nullum modum dantes et atimplentes omni annue omnibus memoratis ut super legitur excepto si vos et posteris vestris clara facta veritate ibidem ommine vestrum ponere volueritis licentiam et potestate abeatis nobis nostrisque: heredibus illut tollere debeatis: quia ita nobis placuit: Si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc conponimus vobis vestrisque: posteris auri solidos duodecim bythianteos et ec chartula promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorato iohanne gige signum † manus memorato petro quod ego pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini cesari testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego petrus filius domini basili testi subscripsi †

† Ego Iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata nona indictione †

CCXLIII.

an. 996. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo: septimo: sed et constantino frater eius magno Imperatore anno tricesimoquarto: die nona mensis septembrii indictione decima neapoli: Certum est me iohanne ferrario filio quondam leoni ferrarii una cum consensum maria coniuge mea: A presenti die promtissima voluptatem commutabi et tradidi tibi leone ferrario exsadelfo germano meo filio quondam gregorii ferrarii et quidem sillicta monacha iugalibus thiis meis tu cum consensi pitru coniuge tua: Idest ex parte de solareum meum qui est super inferiora cellarei mei et est iusta solareum tuum qui ibi est a parte hoccidentis sicuti inter se signate exfinat et a parte horientis est reliquu ex ipsum solareum meum que in mea reserbabi potestatem sicuti inter se duas signatas exfinat una signata qui est facta in parietem nostrum qui ibi est a parte septemtrionis et directum quommodo monstrat in alia signata in parte meridiana que fecimus in abstracum ex ipsum solareum et est ipsum de memoratum solareum que tibi dedi de latitudine in ipsa septemtrionalem parte passum unum et uncie tres et in alio capite a parte meridiana similiter passum unum et uncie tres mensuratum at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie et memorate uncie at manum birilem iusta et inter nobis ibidem facere debeamus parietem pro clusa in altum usque at pectus omminis at omni communi expendio ud ponam ego de ipsum solareum meum qui mihi remansit et vos ponere debeatis de ipsum solareum que ego tibi dedi una medium pede et faciamus ipsum parietem ud super legitur et a parte meridiana super ipsa curte commune super ipsa ballatorias quantum est ipse solareus tuus memorati leoni que ego tibi dedi ud super legitur iterum facere debeamus in altum podium usque ad pectus omminis at omni communi expendio et si tu memorato leone et heredibus tuis illum plus in altum atscendere volueritis licentiam abeatis quantum bolueritis: Insuper et largibit te facere et fecistis unum parium de grade marmoree tue at coste de parietem qui est de subtus meum et desuper est tuo qui ipse grades pedes detinunt in parte occidentis cum facie de memorate grade qui fuerunt tue et mee que mihi commutastis et caput detinunt a

parte orientis in ipsum solareum qui tibi commutabi ud super legitur et psas terras qui est inter ambobus pedis ex ipse grade tue et mee ud super legitur siat commune meum et tuum: et si ipsum parietem tuu de ipsum solareum tuum qui est super ipse grade tue in altum atscendere volueritis in tua sint potestatem: et ego memorato iohanne ferrario et heredibus meis licentiam abeamus atlargare illum cancellum meum qui est in parietem nostrum directum cum facie de ballatorium ex ipse grade tue absque lesimentum de ipsum solareum: iterum et si illargias de illum cellareum meum excotere voluerimus in fore cum facie de illum ballatorium que ego tibi dedi qui fuit de alie grade mee qui ibidem sunt a parte orientis licentiam abeamus absque lesione de ipsum ballatorium iam tuum que in unum coniunsimus cum memoratum solareum que ego tibi dedi ud super legitur et in ipsum parietem qui est at coste de memorate grade tue qui desuper est tuum ud super legitur nullam aperturias facere non debeamus per nullum modum: De quibus nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in alienas cuiusque personas quod absit commisi aut iam committo potestatem: set a presenti die et deinceps is omnibus memoratis que tibi commutabi et largibi ud super legitur a me tibi sit commutatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper liberam abeatis potestatem: et neque a me memorato iohanne ferrario cum consensu memorata maria coniuge mea neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato leone ferrario exsadelfo germano meo aut tuis heredibus quod absit abeatis ex is omnibus memoratis quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissam personam a nuc et in perpetuis temporibus: insuper et ab omni ommines omnique personis omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod ad bicem commutationis recompensationisque accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seum deliberatione: idest integra medietate tua de integrum introitum et anditum communem que tu una mecum commune abuistis per grade pretinee nostre qui atscendunt in memorata curte communem et de anditum communem qui est in caput ex ipse grade unde tu introibit in dommum tua que ibi abes a parte septemtrionis etiam et abuit ibidem duas regias que iam fabritam abemus que vero integre ipse grade cum

memoratum anditum suum ud super legitur in tua sint potestatem faciendi que voluerimus: De quibus nihil tibi exinde aliquod remansit aut reserbastis nec in aliena cuiusque persona quod absit commisistis aut iam commitis potestatem: set a presenti die et deinceps ec omnibus memoratis que mihi commutastis in mea meisque heredibus sint potestatem queque exinde facere voluerimus liberam semper abeamus potestatem: et neque a te memorato leone ferrario exsadelfo germano meo cum consensi memorate pitru coniugi tue neque a tuis heredibus nec a tua personam summissam nullo tempore numqua ego memorato iohanne ferrario aut meis heredibus quod absit abeamus exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissam personam a nunc et in perpetuis temporibus: insuper et ab omni ommines omnique personis omni tempore tu et heredibus tuis mihi meisque heredibus illos antestare et defensare debeatis quia ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos viginti bythianteos et ec chartula ud super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis per memorata decima indictione †

hoc signum † manus memorati iohanni ferrarii cum consensi memorata coniuge sua ego pro eis subscripsi †

† ego sergius filius domini iohanni monachi testi subscripsi †

† ego aligernus filius domini sergii testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis: Complevi et absolvi per memorata decima indictione †

CCXLIV.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo septimo: sed et constantino magno Imperatore anno tricesimo quarto: die decima mensis ianuarii indictione decima neapoli: Certum est nos filippum umile igumeno monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodorii et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario: una cum cuntas nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostris monasterii: a presenti die: promittimus tibi sergio venerabilem presbyterum filio quondam : propter integra ecclesia nostra vocabulo sancti severi sitam vero secus platea que nominatur radia solis: qui et gurgite dicitur iuris memorato sancto et venerabilis nostri monasterii: una cum habitationibus et cellis et omnibus rebus substantiis: et possessionibus suis ipsius dicte ecclesie nostre pertinentes omnibusque eis pertinentibus: ubi domino deo atiubantem: te ibidem custodem posuivimus a nunc et omnibus diebus vite tue: in eo tenore: ut prenominata ecclesia nostra bocabulo sancti seberi cum omnibus memoratis ex ea pertinentes omnibusque: pertinentibus: et cum omnia que per inbentaneum tibi atsignaverimus: et cum omnia que a mulieribus et a viribus ibidem offertum vel oblatum fuerit omnibus diebus vite tue in tua sit potestate tenendi et dominandi seu frugiandi: et de ipsa frugias faciendi que volueris: ita et tu in eadem ecclesia nostra superavitare et residere debeas a nunc et omnibus diebus vite tue: et omnem officium sacerdotalem ibidem kanere debeas hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnia et horis laudibus et lumminariorum concinnationem ibi exivere debeas ut atput deum omnipotentem tibi mercis atcrescat: et atput devotis omminibus laus. etiam quodcumque ipsa ecclesia nostra vel ipsis abitationibus eius at conciandum habueris tu illut conciare debeas at omni tuo expendium: Insuper ha nunc et omnibus diebus vite tue omni annue nobis nostrisque: posteris memoratoque sancto nostro monasterio exinde dare et di-

an. 997.

rigere debeas per natibitate domini oblatas parias treas et per resurresione domini similiter oblatas paria trea et per festivitatem memorata ecclesia sancti seberi oblatas parium unum asque: omni amaricationem nullam nobis posterisque: nostris exinde omni annue mittentes occansione: et non abeamus licentiam nos et posteris nostris memoratas ecclesia nostra sancti severi cum omnibus memoratis ex eas pertinentes omnibusque: eis pertinentibus ut super legitur omnibus diebus vite tue tibi tollere aut te exinde eicere nec qualibet sacerdotes vel clericum aut monacum aut alias quabis personis ibidem mittere per nullum modum nec per summissis personis nec per nullum hummano arbitrio: post tuum transitum memorata ecclesia nostra cum omnibus memoratis ex eas pertinentes omnibusque: eis pertinentibus et cum omnia que per inbentaneum tibi atsignaverimus in nostra posterisque: nostris memoratoque sancto et venerabili nostro monasterio revertatur et sit potestate queque exinde facere voluerimus: si vero movile ibi offertum fueris in tua sit potestate faciendi exinde que volueris si autem inmobile ibi offertum fueris post tuum transitum in possessione memorate ecclesie nostre remanere debeas cuiux iusse esse videmini: quia ita nobis placuit: si autem nos aut posteris nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis: personis tunc componimus tibi vite tue auri solidos viginti bythianteos et ec chartula promissionis sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione †

† Φὶλιππος ἁμαρτωλοσ καὶ ἀναξιοσ ἡγο͂υμενοσ ἰδιόχεῖροσ εγραψα †

† Πανκρατιοσ μοναχοσ ιδιοχιροσ εγραψα †

† ΕΓΟ $\overline{\text{ΙΩ}}$ ΔΙΑΚΟΝΟϹ ΕΘ Μ̊Χ̊ ϹΟΤΒ †

νικολ μοναχοσ και ιερευσ ιδιοχειροσ εγραψα

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini cesari testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXLV.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo septimo: sed et constantino magno Imperatore anno tricesimo quarto: die duadecima mensis ianuarii indictione decima neapoli: Certum est me sergio umile presbiterum filio quondam........custus ecclesie sancti seberi iuris monasterii sancti sebastiani: A presenti die promtissima voluntate offero et trado in memorata ecclesia sancti seberi: Idest unu liber commite meum....missa: seu offero et trado in memorata ecclesia sancti severi: idest integre dues peties de terras meas una ex ipse peties que nominatur asiaianum: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus posita in loco qui vocatur agnanum: et alia petias de terra que nominatur nepetianum posita in loco qui vocatur galloro: una cum portione mea de fundum commune meum et de aliis omminibus positum in eodem loco nepetianum: una cum arvoribus et introitas earum et omnibus sivi pertinentibus: qui mihi obbenit ipsas petias que nominatur asinianum da quondam domino stephano venerabilem presbyterum magister meus qui fuit custus de memorata ecclesia sancti severi: per chartulam donationis mea: et memorata petias que nominatur nepetianum mihi obbenit per chartulam comparationis da quondam stephano filio quondam leoni et a gregorio hoc est genitori et filio: etia memorate chartule inbentis aput te remisi cum omnia que continet: in eo tenore: ut omnibus diebus vite mee ipsum frugium in mea sit potestate tenendi et dominandi seu refugiandi et de ipsa refugia faciat omnia que volueris: post meum transitum memoratus liber commite cum memorate dues peties de memorata terras ut super legitur revertantur et siat de memorata ecclesia sancti severi at abendum *illum* in sempiternum: et neque a me memorato sergio umile presbiterum neque a meis heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquan tu memorata ecclesia sancti severi: quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: quia ita mihi placuit si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de his omnibus

an. 997.

memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi memorata ecclesia sancti severi et at posteris meis auri libra una bythiantea et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorato sergio presbyterum quod ego pro eu subscripsi † et oc memorati summus quia memorato liber commite est complitum circuitum totum annum †

† ego theodorus filius domini ursi testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis monachi testi subscripsi †

† Ego leo curialis testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCXLVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi Imperante do- an.
mino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo octabo. sed et con- 997.
stantino magno Imperatore frater eius anno tricesimo quinto. Die septima decima mensis ianuarii indictione undecima neapoli: Nos sergius in dei nomine etminentissimus consul et dux: Concessimus et firmamus vobis domino roccio venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et *sosii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora* et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio: Ut licentiam et potestatem habeatis vos et *posteri vestri*....... ponere et habere una paraturia ad piscandum cum duas lontras *in medietate nostra partibus*.................................... quodcumque exinde habere et tollere potueritis in vestra *posterisque* vestris sint potestatem queque exinde facere volueritis. etiam licentiam et potestatem habeant vestris hominibus quos ibidem *direxeritis* ad piscandum in ipsa medietate nostra partibus militie reditum. facere et habere et ligna et palea exinde *abscindere* quantas ad eis necessum fuerit. et numquam presummimus nos aut posteris nostris nec nostris hordinatis quos in *ipsum* lacum patriense posuerimus et hordinaverimus nec alia quavis persona vobis posterisque. vestris nec ipsorum hominibus *vestris* exinde aliquod tollere aut querere nec contrare perennis ac perpetuis temporibus. et neque a nobis memorato sergio dei gratia consul et dux neque a posteris nostris qui post nos in nostro honore locoque duces accesserint nullo tempore numquam vos memorato domino roccio venerabili abbati aut posteris vestris nec memoratus sanctus vester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus. Quam concessione sicud superius legitur a nobis facta. petro primario scribere precepimus in qua et nos subter pro ampliorem eius firmitatem manus proprias subscripsimus die et indictione memorata undecima. et oc recordando firmamus ut hec omnia et ex omnibus memoratis que superius vobis concessimus et firmavimus in vestra posterisque. vestris memoratoque sancto vestro monasterio sint potestatem ad abendum

in sempiternum pro frugiandum perennis ac perpetuis temporibus. et numquam presumetis vos aut posteris vestris alicui vel ubique illud dare aut cedere nec extraniare per nullum modum. et si facere presumseritis bacuum maneat nullam habeat firmitatem nostram

† Sergius consul et dux subscripsi †

CCXLVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo septimo: sed et constantino frater eius magno imperatore anno tricesimo quarto: die octaba decima mensis ianuarii indictione decima neapoli: Certum est me stephanum filium quondam sapatini de loco qui nominatur casale territorio liburiano: A presenti die promicto vobis domino gregorio et domino stephano uterinis germanis filiis quondam domini stephani propter integra una clusuria de terra vestra que nominatur fracta pictula posita in memorato loco una cum arboribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus qui et coheret sibi ab uno latere terra domini lupi et domini anastasii sicuti inter se sepis et fossatus exfinat et ab alio latere coheret terra vestra quem vos datam abetis ad heredes marini presbyteri ospitibus vestris sicuti inter se sepis et fossatus exfinat et de uno capite coheret terra heredes domini iohannis fusculi et ab alio capite coheret via publica: quas vero memorata clusuria de memorata terra vestra mihi meisque heredibus dedistitis at laborandum seu detinendum: in eo vero tinore ut in mea meisque heredibus sint potestatem eos tenendi et dominandi seu laborandi et seminandi caucuminas et bites ibidem ponendi et plantandi ubi necessum fuerit et sicut iustum fuerit et super nos per omni annue inferius et superius recolligendi fruendi et comedendi et de ipsa refugia faciendi omnia que voluerimus unde nullam sorte pars mihi meisque heredibus exinde queratis aut tollatis per nullum modum tantummodo ego et heredibus meis vobis vestrisque: heredibus exinde per omni annuo in sancte marie de augusto mense dare et persolbere debeamus idest responsaticum triticum modium quimque bonum siccum tractum paratum usque: ante regia domui vestra mensuratum at modium quale dant aliis omnibus de memorato loco de aliis terris vestris: et cum ipsum triticum vobis atducere debeamus omni annue una focacia bona munda: et nullatenus presumetis vos aut heredibus vestris mihi meisque: heredibus illos tollere et a quabis personas illos at laborandum dare per nullum modum dantes et persolbentes ego et heredibus meis vobis vestrisque: heredibus exinde per omni annue memoratum

an. 997.

responsaticum cum memorata focacia ut super legitur: et nec ego nec heredibus meis nullatenus presumimus illos alicui venumdare aut infiduciare aut in pignus supponere aut cedere vel in ecclesia offerre per nullum modum: et quandoque ego vel heredibus meis illos abrenuntiare voluerimus bene arbustatum et bitatum licentiam abeamus: et si in memorata clusuria vestra ad abitandum intrare voluerimus licentiam abeamus cum omni vestra substantias et quomodo ibidem liberis introimus sic exinde liberis exire debeamus cum omni nostra substantias et paratum sibe subtus terra aut super terra et ubi abitare voluerimus nostre sint potestatis: preter sepis de giro in giro ipsa clusuria exinde non bersemus: verumtamen stetit inter nobis ut si probaricaberimus memorate sancte marie de memorato augusto mense dies octo et vobis vestrisque: heredibus non atduserimus memoratum responsaticum cum memorata focacia et illuc beneritis pro pignorandum tunc nos et heredibus nostris vobis vestrisque: heredibus et at caballis vestris manducare et bibere dare debeamus sicut iustum fuerit: et dum illos tenuerimus vos et heredibus vestris nobis nostrisque illos antestare et defensare debeatis ab omnis omines omnique persona quia ita nobis: Si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque: heredibus auri solidos viginti quadtuor bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata indictione †

† hoc signum † memorato stephano quod ego pro eum subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi †

† ego aligernus filius domini cesari testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata decima indictione †

CCXLVIII.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domini nostri Iohanni et octabo anno principatus domini guaimarii eius filio gloriosis principibus mense ianuarius decima indictione memoratorium factum a me fadelprandus presbyter et abbas ecclesie sancti felicis qui edificatum est in bertice montis de intus anc salernitana cibitatem una mecum adesset ademarino adbocatore ipsius ecclesie eo quod ante subscripti testes combenientibus nobis. iohannes filius quondam iaquinti propter quod ille remisit ad potestatem meam duobus applicatora de casa. quam ille edificatam abet in terra pertinentem ipsius ecclesie. de intus hanc salernitanam cibitatem a super ipsa palma et a subtus ecclesie sancti anelli. pertinentem ipsius ecclesie. in terra quem ego ....ad casa faciendum datam abeo. una cum ipso. adbocatorem. et est per mensuria longitudo pedes sidecim et latitudo pedes quindecim ad iusta manum omini mensuratum: ut amodo et semper pars ipsius ecclesie eiusque rectores. illut abendum dominandum possidendum omnia inde faciendum quod boluerimus sine illius et de eius eredes contrarietate vel requisitione et ego per taliter unaque cum ipso adbocatorem predicte ecclesie per bona combenientia tradidimus ad potestate predicti iohanni de ipsa terra bacua predicte ecclesie ibique coniunta in partibus orientis ubi a tribus applicatora facere possant. per mensuria de longitudo pedes biginti quatuor et de latitudo pedes quindecim ad iusta manum omini mensuratum coniuntum de una pars : ad ipsa dua applictora et de alie partis ad fine ipsius ecclesie et licead ille et eius eredes et omines quem ibidem.....et suis eredibus in predicta terra infra predicte finis. et mensurie......et omnes sue utilitatis ibidem facere et tribus applicatora................ibidem edificarent amodo et usque duos anni completi ibidem..... et abitare. et omnis sua utilitate ibidem facere illis et ominibus quem ibi miserint et in antea omni tempore. ille et ominibus quam ibidem miserint et suis eredibus sue potestatis illos abere. et dominare. et omnis sue utilitatis ibidem facere. tantum si ad completi: ipsi duobus anni: ubi nos exinde scire fecit ille et suos eredes. et boluerint ego: et pars ipsius ecclesie de ipsa tribus applicatora tollere dua adunata quale boluerimus. per mensuria de longitudo

an. 997.

pedes sidecim. et de latitudo pedes quindecim : ad supradicta mensuria potestatem abeamus illas tollere : tota edificata. quali illis diebus fuerit faciendum inde ego et pars ipsius ecclesie omnia quod boluerimus. et licead ille et suos eredes tollere. et abere omni tempore ille et suos eredes potestatem : supradicta anteriorem ambo ipsa applicatora : qualiter.......... edificata et cum in terra per supradicta mensuria : in illo ordine sicut etiam continet unde per bona combenientia : guadiam nobis dedit et medium nobis posuit in ipse.................... et per ipsa guadia obligabit se suosque filios et eredes sua si aliter................quesierit remobere aut contrare et talia in partis ipsius ecclesie.......... impleberit tunc per ipsa guadia obligabit se suosque filios et eredes ad componendum mihi et in pars ipsius ecclesie et ad eius rectores triginta auri solidos constantinianos tantum ipsa tribus applicatora : siat clusa : et cooperta per supradictam guadiam et obligata pena et hunc brebem scripsi ego superius dictus ademarino notarius qui interfui.

† ego alderisi notarius me subscripsi

† ego...... notarius me subscripsi

CCXLIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo septimo sed et constantino frater eius magno imperatore anno tricesimo quarto : die undecima mensis aprilis indictione decima neapoli : Certum est me stephanum calciolarium naturalis filio quondam domini iohannis cata domino sergio tribuno da porta una cum consensu maria coniuge mea : A presenti die promtissima voluptatem venumdedi et tradidi vobis domino palumbo venerabili presbytero filio quidem aderisci et custus ecclesie sancti angeli qui nominatur at mercicasa tibi autem pro vice tua et pro vice bisantii nepoti tui filio quidem rotunda non germana tua seu et pro vice martini nepoti tui filio angeli germani......... ibi ipsum at sanctum angelum : idest integrum fundum meum positum in loco qui nominatur maranum : una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus pertinente mihi per chartulam comparationis mea que mihi exinde fecerunt cesario cui supra nomen caputo filio quondam iohannis et sergio genitori et filio abitatoribus in memorato loco maranum memorato cesario cum consensu arniperga coniuge sua et memorato sergio cum voluptatem fermosa coniuge sua que et ipsa cartula vobis in presentis dedi cum omnia que continet : Coherente sibi ab uno latere fundum heredes quondam domini andrea prode et abet ibi de longitudine passi viginti octo : et ex alio latere coheret fundum severi de memorato loco maranum sicuti inter se clusa exfinat et abet ibi de longitudine similiter passi viginti octo : et de uno capite est fundum heredes quondam domini sergii de domino basilio sicuti inter se clusa exfinat et abet ibi de latitudine passi nobem et ex alio capite coheret via pubblici per qua ibidem introitum abere debeatis et abet ibi de latitudine similiter passi nobem memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie : de quibus nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena cuiusque personam quod absit commisi aut iam commicto potestatem : seu presens et deinceps prenominatum memoratum integrum fundum meum positum in memorato loco qui nominatur maranum una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum

an. 997.

suum et omnibus sibi pertinentibus pertinente mihi sicuti et quomodo superius legitur per memorata chartula que vobis in presentis dedi cum omnia que continet a me vobis sit venundatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sint potestatem dividendi vobis illos inter vos in tertiam parte equaliter faciendi omnia que volueritis liberum semper abeatis potestatem: et neque a me memorato stephano calciolario cum consensu memorata maria coniuge mea neque a meis heredibus nec a nobis personam summissam nullo tempore numqua vos memorato domino palumbo venerabili presbytero pro vice tua et pro vice bisantii nepoti tuo filio memorate rotunde monache germana tua seum et pro vice memorati martini iterum nepoti tuo filio quondam memorati angeli germani tui aut heredibus vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissam personam a nunc et in perpetuis temporibus Insuper et ab omni ommines omnique personam omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus ostendente vos et heredibus vestris mihi meisque heredibus memorata chartula comparationis mea que vobis dedi ud super legitur ubi necessum abuerimus et sic vobis vestrisque heredibus illos antestare et defensare debeamus propter quod accepi a vobis exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione Idest auri tari triginta sicut inter nobis combenit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissam personam tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos viginti quadtuor bythianteos: et hec chartula venditionis ud super legitur sit firma scripta per manum gregorii curialis per memorata decima indictione †

hoc signum † manus memorati stephani calciolarii: cum consensu memorata maria coniuge sua quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

het oc memmorati sumus qui venumdedi et tradidi vobis et portione de silbas seu et de piscinis ex ipso fundo pertinentes de eodem loco maranum cum introitas suas et omnibus sibi pertinentibus si autem aliter fecerimus sub memorata poena maneamus †

† ego sergius filius domini stefani rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego sergius scriptor rogatus a memoratos iugales testi subscripsi et memorati tari tradidos bidi †

† ego io[illegible] filius domini petri monachi rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi +

† Ego gregorius Curialis: Complevi et absolvi per memora[illegible] indictione †

CCL.

an. [illegible] † In nomine [illegible] salvatoris nostri Ihesu Christi Dei eterni : [illegible]uus divina ordinante providentia longovardorum gentis princeps : cum principalis excellentia petitioni dilecti sui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium nostrorum. presentium scilicet ac futurorum sagacitas : Quoniam pars pubblici ex antiquitus iam per sexaginta annos. et eo amplius livera potestate. tenuit et dominata est sibi has subscriptas ecclesias. cum rebus et terris in eas pertinentes : Idest ecclesia sancte marie. et sancti nicandri. et sancti angeli que dicitur ad cicalusi. et ecclesia sancti cosme. et sancti donati de loco vitolacci et uniuscuiusque principum precessorum nostrorum prout voluerunt suis petentibus fidelibus. easdem ecclesias et res atque terras earum pertinentibus usque ad tempus dederunt et concesserunt. et nunc dimissas a nostris fidelibus et nostre parti pubblici redierunt potestatem. predicte vero ecclesie cum rebus earum olim fuerunt pertinentes sancte sedis huius capuane nostre civitati : Modo autem dominus gisembardus egregius archipresul eiusdem sedis nostram obsecravit excellentiam. quatinus concederemus pro dei amore animeque nostre mercedis nostro monasterio sancti laurentii. qui hedificato est intus hanc nostram capuanam civitatem. propinquo portam que dicitur capuanam. Idest integras easdem ecclesias cum omnibus rebus et terris earum ubicumque exinde inventum dederit. De quibus petit a nostra excellentia. ut in prefato nostro monasterio. In qua dominus iacobus venerabilis abbas preest exinde firmitatis apices mittere iuveremus. cuius preces exaudientes. hanc firmitatis apicem in prephato cenovio nostro exinde fieri iussimus : Per quos omnino sancimus et perpetualiter prephatus noster monasterius. et ipse dominus iacobus abbas eiusque successores et partem eiusdem monasterii. easdem ecclesias et res earum. abendum nostris et futuris temporibus concedimus in prephato monasterio per hoc nostrum roboreum preceptum. ipsas predictas ecclesias. videlicet ecclesia sancte marie. et sancti nicandri. et sancti angeli que decitur cicalusi. et ecclesia sancti cosme. et sancti donati de loco vitolacci cum omnibus rebus et terris earum : ubicumque exinde inventum dederit. Ea videlicet ratione predictas ecclesias cum rebus et terris atque pertinentiis earum. et nostri

palatii pertinetur per predictam rationem in prephato monasterio nostro sancti laurentii ipsas concessimus. ad possessionem eiusdem monasterii. et predicti domini abbatis et de successoribus eius. seu de parte predicti nostri monasterii. ad habendum et possidendum et faciendum exinde omnia que ad partem predicti monasterii placuerit. absque contrarietate. comitis castaldei iudicis vel sculdahis aut cuiusque persone hominis contradictione vel inquietudine. set perpetualiter prephatus monasterius. et predictus dominus abbas eiusque successores et pars predictas ecclesias et res earum abeat et possideat nullam. ei exinde aliqua contraria ingerente. Quod si quispiam hanc nostram concessionem in quomodocumque violare presumpserit sciat se. in prephato monasterio. et ad eius abbates compositurus auri libras decem *bythianteas* et hec nostra concessio de quibus continet firma permaneat in perpetuum. ut autem hec nostra concessio verius observetur manu propria scripsimus et ex annulo nostro supter iussimus sigillari.

L
A

Signum I-D——O——L domini laidulfi excellentissimi principi.

F

Agelghisi clerici et | scriba ex iussione supradicte gloriose potestati scripsi.

V
S

Datum XIII Kalendas iunias anno quinto principatus domini laidulfi gloriosi principis indictione decima. Actum in civitate capuana.

CCLI.

an. 997. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimoseptimo sed et constantino magno Imperatore anno tricesimoquarto: die vicesima tertia mensis martii indictione decima neapoli: Certum est me meroaldo filio quondam ursi: abitator in loco qui vocatur billa noba: A presenti die promitto vobis domino filippum venerabilem igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium et at cunctas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integra una petias de terra vestra iuris memorato sancto et venerabili vestro monasterio et nominatur at illi calusci: posita in loco: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus. coheret sivi de uno latere terra domine marie honeste femine qui marenda clamatur filia quondam domini iohannis: et de *alio* latere terra heredes quondam domini aligerni bulcani: de *uno capite* terra heredes domini sergii: et de alio capite via publica: quas vero memoratas petias de memorata terras ut super legitur mihi meisque: heredibus dedistitis in colligio at lavorandum et detinendum: in eo tenore ut abto tempore ego et heredibus meis vene et diligenter lavorare et excolere et at meliore cultu perducere debeamus cum vobes nostro et conciaturias vel omnia expensa caucuminas et bites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessis fueris: et amodo usque quod ego et heredibus meis ibidem fecerimus vinum mundum hornes sex super me illos tollere debeamus et ubi ego et heredibus meis ibidem fecerimus memoratum vinum mundum hornes sex: da inde in antea dividamus inter nobis ipsum vinum quomodo feceris totas ipse loco cum portionariis suis qui terra in parte tenueris de ipsa terra stetit nobis omnia annue ego et heredibus meis vobis vestrisque: posteris dare et atducere debeamus terraticum de que ibidem seminaverimus tanta modia quantas memoratas petias de memoratas terras fecerimus: trantum paratum usque: intus porta memorati sancti et venerabili vestro monasterio mensuratum at modium nostrum quale vos tulleritis alias terraticas dum memoratas petias

de terra diviserimus inter nobis: et ubi fueris memoratas petias de memoratas terra bene arbustata: et bitas de arvores et de bites ut dicat duas personas seu tertias personas qua bene est arbustatas et bitatas de arvores et bites tunc dividamus illas inter nobis duas in unum vos et posteris vestris partes dues et ego et heredibus meis parte una: et ipse terraticum moriantur: tantummodo vos et posteris vestris mihi meisque: heredibus memorata sorte meas ab omni ommine omnique persona antestare et defensare debeatis: preter si ego et heredibus meis ipsa sorte mea at dare abuerimus per quobis modum vobis vestrisque: posteris illas dare debeamus in pretio ut fueris atpretiatum a christianissimis viris: et si vos et posteris vestris ipse duas sortes vestres dare atbueritis per quobis modum mihi meisque: heredibus illut dare debeatis in pretio ut fueris atpretiatum a christianissimis viris: et si inter partes emmere voluerimus clara facta veritate cui dare voluerimus nostre sit potestatis: et non abeatis licentia vos et posteris vestris mihi meisque: heredibus illos tollere per nullum modum vene ego et heredibus meis lavorantes et atinplentes omnibus memoratis ut super legitur: quia ita nobis placuit: Si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris auri solidos triginta bithianteos et ec cartula promissionis sit firma scripta per manus iohannis curialis per memoratas indictione † hoc signum † manus memorato meroaldo quod ego pro eu subscripsi †

† ego petrus filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri testi subscripsi †

† Ego stefanus filius domini sparani ....

CCLII.

Christe fave.

an. 997. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo septimo sed et constantino magno Imperatore anno tricesimo quarto die vicesima septima mensis magii indictione dccima puteoli: Certum est nos iohannem et stephano uterinis germanis filiis quondam gregorii qui nominatur camplatorre: abitatoribus castro puteolano: A presenti die promtissima voluntate venundedimus et tradidimus tibi domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: idest integra portione nostra de orticello qui antea casa fuit posita intus memorato castro iusta hortum vestrum: una cum aeribus et aspectibus suis et cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: coheret sivi at memorata portione nostra de memorato orticello ab uno latere parte septemtrionis est ortum vestrum que vos abetis per chartulam offertionis: et de alio latere parte meridiana est orticello monasterii sancti antoni sicuti inter se predis de casa pretineis exfinat: de uno capite parte orientis est orticello et tigurio vestro: ed de alio capite parte occidentis vicus publicum: de qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in alienas personis commisimus aut iam committimus potestate: et a presenti die et deinceps iam dictas memorata portione nostra de memoratum orticello ut super legitur a nobis vobis sit venundatum et traditum in vestra vestrisque: posteris sit potestate queque exinde facere volueritis liberam semper abeatis potestate: et neque a nobis memorato iohanne et stephano uterinis germanis: neque a nostris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquan vos memorato domino filippum venerabili igumeno aut posteris vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia a nunc et inperpetuis temporibus: insuper omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque: posteris exinde ab omni ommine omni-

que personis in omnibus antestare, et defensare debeamus propter quod exinde accepimus a vobis idest auri tari dui sicut inter nobis combenit: Si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc conponimus vobis vestrisque: posteris auri solidos decem bythianteos et ec chartula venditiohis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorati germani quod ego pro eis subscripsi et memorati tari confessus percepisse †

† Ego iohannes presbyter et primicerio testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego paulus subdiaconus testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† ego cari presbyter testi subscripsi et suprascripti tari confessus percepisse †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCLIII.

Christe fave.

an. ✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante do-
997. mino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo septimo: sed et constantino magno imperatore anno tricesimo quarto die vicesima mensis iulii indictione decima neapoli: Visi nanque fuit ego iohannes umile presbiterum et ecclesiasticum sancte neapolitane ecclesie seu primicerio et protolustrio chartule sancti cipriani: una cum cuntas memorata sancta et venerabili nostra congregatione sacerdotum chartule ecclesie sancti cipriani facere chartulam pastenationis a quidem leone carulicto filio quondam boni et at gregorio carulicto filio quondam iohannis de... ..·.......hoc est thio et nepotes et abitatoribus in canbranum.......integra una terra que divisa abet memorata chartula sancti cipriani: cum monasterio sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium ubi tu videlicet dominum filippum venerabile igumeno regimem esse videris: et quia venistis tu memorato domino filippum venerabile igumeno: et quesistis me ut ipsa chartula............eo quod ipsa terra que divisa abemus per notitiam: et per ipsa chartula pastenationis fecit memorata terra propria de memorata chartula nostra sancti cipriani etiam ipsa chartula atput me causata abeo: ideoque et ego per anc chartulam repromicto vobis memorato domino filippum venerabile igumeno. et at cuntas congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: quia nunqua presummimus nos et posteris nostris nec abeamus licentiam aliquando tempore vobis vestrisque: posteris ostendere aut mostrare memorata chartula que nos fecimus at memorati thios et nepotes aut alias qualibet chartulas que nos exinde fecissemus aut nos atpreensissemus per nullum modum nec per summissis personis a nunc et inperpetuis temporibus: set omni tempore ipsa chartula siat ruppta et bacuas et nulla in re abeat..... firmitatis per nullum modum: set si qualibet chartula inbentas dederis quod nos exinde fecissemus de memorata terra nostra et nostra atput quabis personis sive de antea vel post-

modum tunc nos et posteris nostris vobis vestrisque: posteris eas tacitas et bacuas facere debeamus asque: omni vestra et de vestris posteris qualibet dannietate set omni tempore ipsa terra siat divisa inter nobis quomodo continet ipse notitie: et est ipsa sorte vestra de memorata terra. in parte meridiana da parte de arcabeulum: quia ita nobis placuit: si autem nos et posteris nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: posteris *auri* solidos triginta sex bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione † et hoc memorati summus quia ipsa sorte vestra de memorata terra est a parte de arcabeulum: et ipsa sorte nostra de memorata terra est a parte de neapoli: et omni tempore sunt ambe sortite ad equale mensura: et sic subiaceamus in memorata pena

† iohannes umilis presbiter et primicerius et protolustrio subscripsi †
† leo presbiter subscripsi †
† iohannes presbiter subscripsi †
† petrus presbiter subscripsi †
† ego iohannes filius domini cesarii testi subscripsi †
† ego petrus filius domini petri testi subscripsi †
† ego gregorius filius domini iohannis testi subscripsi †
† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCLIV.

Christe fave.

an. 997. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo hoctabo: sed et constantino magno imperatore anno tricesimo quinto: die prima mensis nobembrii indictione undecima neapoli: Certum est me stephano umile presbiterum surrentino custus ecclesia sancti martini: abitator in loco qui vocatur palma: et nominatur liciniana: A presenti die promitto vobis domino filippum venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus es in monasterio sanctorum theodorii et sevastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium: et at cuntas congregatione monacorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integras sex uncias vestras de integrum fundum vestrum: et nominatur at illi capuni positum in memorato loco iuxta fundum heredes quondam auriosi de memorato loco: una cum sexuncias de octo peties de terra pertinet vel pertinentes fueris at memoratas sex uncias vestras de memoratum fundum: et nobis et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio pertinet a partibus militie insimul posita in memorato loco palma: una cum arvoribus et introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: prima petias de memoratas terras nominatur at patrum: secundas petias nominatur at tribeum: tertia petias nominatur subvia at branniti: quarta petia nominatur supra via at branniti: quintas petias nominatur at scanplune: sexta petias nominatur at calcara: septima petias nominatur at favanello: excepto ipse inserteto que in vestra reservavastitis potestate: hoctaba petias que nominatur supra monte de maione excepto ille inserteto que in vestra reservastitis potestate: quas vero memoratas sexuncias de memoratum fundum una cum sex uncis de memorate octo peties de memoratas terra ut super legitur mihi meisque heredibus dedistitis responsaticum at detinendum: in eo tenore ut in mea meisque; heredibus sint potestate: tenendi et dominandi seu seminandi cucumminas et bites ibidem omni annue ponere et plantare debeamus ubi necessis fueris et super me recolligere debeamus subtus et super unde nullam

parte mihi meisque : heredibus non queratis per nullum modum: excepto memorate inserteto que in vestra reservastitis potestate: tantumodo omni annue ego et heredibus meis vobis vestrisque: posteris et in memoratos sancto et venerabili vestro monasterio dare et atducere debeamus per festivitate sancte marie de augusto mense idest responsaticum auri tari dui boni intus porta memorati vestri monasterii sine omni amaricatione: et non abeatis licentiam vos et posteris vestris mihi meisque: heredibus illos tollere per nullum modum dantes et atinplentes omni annue omnibus memoratis ut super legitur: verumtamen stetit inter nobis: ut si vos et posteris vestris pluus terra ibidem vincere potueritis mihi meisque heredibus dare debeatis at responsaticum per ratiocineas: et si ego et heredibus meis perdiderimus de memoratis sex uncis de memoratum fundum et de memorate sex uncis de memorate octo peties de memorata terras ut super legitur clara facta veritate tunc vos et posteris vestris mihi meisque: heredibus minus faciatis de memoratum responsaticum per ratiocineas: quia ita nobis placuit: si autem ego aut heredibus meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc conponimus vobis vestrisque: posteris auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula promissionis sit firma scripta per manus iohannis curiali per memorata indictione † et oc memorati summus quia si ego et heredibus meis non atduxerimus memorati tari post dies octo de memorate sancte marie de augusto mense et vos et posteris vestris illut at pignorandum veneritis tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque: posteris et at caballis nostris at quatuor personas manducare et vivere dare debeamus quomodo iustum fueris †

† Ego leo curialis testis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis testis subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

† Ego iohannes curialis

CCLV.

an. 997. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo hoctabo sed et constantino frater eius magno imperatore anno tricesimo quinto: die quintadecima mensis nobembrii indictione undecima neapoli: Horta est itaque intentio Inter me stephanum filium quondam iohannis una cum consensu sillicta coniugi mea: et te bidelicet mira filia quondam iohannis ferrarii cui supra nomen muca coniux presenti lupi viri tui: de intentione que inter nos abuimus propter integra una petia de terra que ponitur in campo de miana una cum arboribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus:.coherente sibi ab uno latere terra sancte neapolitane ecclesie sicuti inter se sepis et fossatus exfinat et de alio latere terra monasterii sancte matricie sicuti inter se lebata exfinat et de uno capite est caba publica et ex alio capite est terra leoni ferrarii cui supra nomen papalone sicut continet chartula mea que ego atppreensam abeo da distributoribus anime quondam maria qui fuit uterina germana tua: Unde me quesistis dicendo pars tua ut non potuisset illos comparare pro legatione dispositum que fecit memorato iohanni ferrario genitori vestro: et pars autem mea replecas dicens vere quia ecce quadtuor anni expleti ipsa terra comparatam abeo et sciente te illut comparabi et non mihi illos contrastis: Unde multa altercatione exinde inter nos abuimus nuc autem iudicatum est exinde inter nobis ut si potuerit pars mea tibi ostensione facere quommodo sciente te illut comparabi et non mihi illos contrastis iuxiurandum cum ipsi testibus tu autem ponere mihi exinde securitate sin autem iurare pars tua mihi et dicere quia quando ipsa terra se benumdedi non scistis illut set modo ubi illut scistis contrastis mihi illos ego reddére tibi ipsa terra ad apretiatum: et quia non potuit taliter tibi illos ostendere modo vero portabimus ibidem apretiatores et apretiaberunt illos solidos quadtuor et ecce in presentis recepi a parte tua memoratum sacramentum una cum ipsolidos quadtuor de tari ana quadtuor tari per solidos et reddibi tibi memorata terra una cum ipsa chartula comparationis mea et aput' te illa remisi cum omnia que continet: et definibi exinde tecum et cum heredibus tuis in omnibus et amodo et sem-

per numquam presummo ego aut heredibus meis te aut heredibus tuis exinde querere per nullum modum nec per summissis personis a nuc et inperpetuis temporibus: et amodo et semper in tua tuisque: heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis: Insuper promicto tibi ut si quabis personas te aut heredibus tuis exinde at querendum beneris per me aut per meos heredes tunc ego et heredibus meis personas illas tibi tuisque: heredibus exinde desuper tollere debeamus asque: omni vestra damnietate quia ita nobis iudicatum est: Si autem ego aut heredibus meis quobis tempore contra anc chartula ut super legitur benire presumpserimus et in aliquis offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque: heredibus auri solidos viginti quadtuor bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum petri curialis per memorata undecima indictione †

Hoc signum † manus memorato stephano cum consensu memorate sellicte coniuge sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego petrus filius domini gregori rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCLVI.

an. 997.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo hoctabo: sed et Constantino frater eius magno imperatore anno tricesimo quinto: die vicesima secunda mensis nobembrii indictione undecima neapoli: hecce iam premissos quattuor annos visam naque fuit ego videlicet gemma honesta femina filia quondam iohannis herarii cui super nomen hermulo infiduciare una cum consensu marini langubardi viri mei: tibi videlicet leone ferrario cognato meo filio quondam gregorii ferrarii cui super nomen papalone: idest *integra una* petia mea de terra qui est intus clusuria posita in loco qui nominatur maranum et nominatur at centum: una cum portione mea de piscina qui est intra ipsa terra in auri tari quadraginta voni quas tu mihi dedistis: ut memorata petia ex ipsa terra una cum ipsa portione ex ipsa piscina tu et heredes tuis illos tenere et dominare de suptus et super frugiare unde nullam sortem tivi tuisque: heredibus quereremus usque: in memorati quattuor annos expletos sicut in omnibus continet chartula infiduciationis quam ego tibi exinde fecimus: et ubi compleverimus memoratum constitutum iamdicti quattuor anni: tunc ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus renderemus memorati tari quadraginta et nos recolligeremus memorata terra cum memorata portione ex ipsa piscina in nostra potestate sicut ipsa chartula infiduciationis continet: insuper et per eodem chartula infiduciationis vobis exinde firmavimus: ut si memorata terra una cum memorata portione ex ipsa piscina at vendere abuerimus: tunc tibi tuisque: heredibus illos vendere in pretio ut fuerit atpretiatum a christianissimis viris sicut ipsa chartula infiduciationis continet que nos tibi exinde fecimus: modo vero venistis tu memorato leone ferrario cognato meo et quesistis nobis ut ipsi tari quadraginta vobis renderemus aut ipsa terra vobis venumdaremus sicut in omnibus ipsa chartula infiduciationis continet: et tu nobis refundere supra ipsi tari quadraginta: idest auri tari sidecim: De qua combenit inter me memorata gemma: et te videlicet memorato leone ferrario cognato meo et A presenti die promtissima volumtate una cum consensu

memorati marini langubardi viri mei: per anc chartula venumdedi et tradidi tibi memorato leo ferrario: Idest memorata inclita petia mea de memorata terra que ponitur intus clusuria et nominatur at centum supra ipso loco maranum: una cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus: pertinente mihi a quidem sergio herario germano meo: una cum consensu marie coniugi sue: seum et cum volumtate gregorii et petri herariis nec non et pitru et theodonanda monacha et maria germanis et germanas meis: memorata maria cum volumtate leoni viri sui per firmissima chartula comparationis mea in membranas scripta quas mihi exinde fecerunt et ab ipso sergio germano meo hovbenit in sorte da me ipsa et da memoratis germanis nostris: et a memorato genitori meo iterum hovbenit per alia chartula comparationis sue in membranas scripta da quondam leone deboto monaco filio boniti comitis et da iohanne genitori et filio: pro bice illorum et pro bice petri et theodonanda germanis filiis et germano illorum qui infra etate fuerunt: memorato iohanne cum consensu marie coniugi sue: quem vero memorate ambe chartule aput me abere videris: etiam et ipsa chartula infiduciationis aput me causata remisistis: coherente sivi a memorata inclita petia mea ex ipsa terra que tibi superius venumdedit ab uno latere parte meridiana terra tua memorati leoni que pro partibus langubardorum tenere videris et abet ividem de longitudine passi septuaginta et de alio latere parte septentrionis est via comunalis unde ipsum licerem meum tibi dedimus et abet ividem de longitudine passi quimquaginta nobem: et de uno capite parte occidentis terra qui fuit portio memorati petri germani mei que modo tenet heredes quondam malandri ex ipso loco sicuti inter se egripus exfinat: et abet ividem de latitudine passi viginti et tres: et de alio capite parte orientis terra tua que tu emta abes da aligerno surdo: sicuti inter se egripus seu sepis exfinat et abet ividem passi similiter viginti tres: memorati vero passi mensurati at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: insuper dedimus et tradidimus tibi et memorata portione mea ex ipsa piscina comune qui est in terra heredes domini iohanni monachi: una cum introitum suum per ipsa via comune usque: ad illum tragaricum per qua decurrit aqua ad ipsa piscina et omnibus sivi pertinentibus et licentiam et potestatem abeatis tu

et heredes tuis ividem cum carrum introire usque : at memoratum tragaricum : et ab ipso tragarico intus ipsa terra memorati heredes quondam domini iohannis cum carrum introire non debeatis. nisi illa aqua vobis portare debeatis ad illum carrum : et a parte horientis et occidentis et septemtrionis ad ore de ipsa piscina commune mane debeatis ad aqua hauriendum : De quam nihil mihi exinde aliquot remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque : persona quod absit comisimus potestate : et a presenti die et deinceps memorata inclita petia mea de memorata terra qui est intus clusuria et nominatur at centum in memorato loco super maranum qualiter per memoratas coherentias et mensura tibi eos insinuabimus et cum arboribus et introitum suum et omnibus sivi *pertinentibus* et memorata portione mea ex ipsa piscina comune cum introitum suum quomodo superius legitur et omnibus sivi pertinentibus a nobis tibi sint venumdatum et traditum in tua tuisque : heredibus sint potestate queque exinde facere volueritis et neque a me memorata gemma una cum consensu memorati marini langubardi viri mei neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato leone ferrario cognato meo aut tuis heredibus quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus : Insuper et ab omnis omines homnique personas homni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare deveamus : propter quod accepimus a te exinde in presentis supra ipsi auri tari quadraginta quas ego de antea dare recepimus : idest auri tari sidecim quod fiunt insimul sunt auri tari quinquaginta sex sicut inter nobis combenit : Si autem ego aut heredibus meis quobis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumpserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis : tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque : heredibus auri solidos viginti quattuor bythianteos et hec venditio ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per memorata undecima indictione †

hoc signum † manus memorata gemma honesta femina cum consensu memorati marini langubardi viri sui quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro ei subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† Ego leo curialis rogatus a memoratos iugales testi subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† Ego sergius tabularius rogatus a memoratos iugales testis subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† ego iohannes filius domini petri rogatus a suprascriptos iugales testi subscripsi et memorati tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis qui memoratos post subscriptionem testium Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCLVII.

an. 998. † In nomine domini nostri Ihesu Christi dei eterni. Quinto anno principatus domini Laidulfi gloriosi principis mense februario undecima indictione. Ideoquem nos i sumus *iohanne et* Summo germani langubardi capuani qui sumus comorantes intus cibitate capuana et filii quondam summi capuanis Sicut nobis abtuum et congruum est cum licere et iussionem prefati gloriosi principis Per anc cartulam benumdedimus vobis bidelicet ligori et stefani qui nuccupatur infermi filius quondam stefani neapolitani. qui sitis commorantes intus cibitate neapoli. Idest quadtuor petie de terre nostre quem habemus in finibus liburie loco qui nominatur quatra panis. Prime ex ipse petie de terris finis habet de unu latere fine terra sichenolfi. ex alio latere fine terra grasonis et landonis et petri habet per singula latera in longum passos centum sexaginta octo. Unu capu tenet in terra que dicitur campobiatole. Aliu capu tenet in bia publica habet per singula capita per trabersum *passos*........... et tres. Ipsa secunda petia de terra ibique in eodem loco quatra pane et nominatur terra ipsa ad bitalla que habet finis terra ipsa hab uno latere terra turboaldi de quatra pane habet inde in longum passos quadraginta et tres. Aliu latu tenet in terra de neapolitani et inde abet passos quadraginta et quinque. unu capu tenet in terra predicti turboaldi abet inde per trabersum passos viginti et octo. Aliu capu tenet in terra gregorii neapolitani et inde abet passos triginta. tertia petia in predictis finibus liburie et terra ipsa dicitur in cesarani. Que abet finis terra ipsa hab uno latere tenet in terra maraldi in cilladibone. Aliu latere tenet in terra de neapolitani. Unu capu tenet in terra nostra. Aliu capu tenet in bia publica abet per singula latera in longum passos viginti et duo. et per singula capita per trabersum abet passos decem et nobem. Quarta ex ipsa petia de terra in eodem loco cesarani finis liburie et eadem petia de terra hab uno latere fine terra sichenolfi comitis. ex alio latere fine tertia terra abet per singula latera in longitudine passos quinquaginta. unu capu tenet in terra maraldi habet exinde per trabersum passos viginti et tres. Aliu capu tenet terra de homines de casale. abet exinde per trabersum similiter passos viginti et tres. Ad mensura de passu landoni se-

niori castaldei mensuratum. Ideo iamdicte quadtuor petie de terre qualiter superius de fine in fine indicate et mensurate sunt una cum arboribus fructiferis vel infructiferi et cum omnia intro se habentibus subter vel super et cum biis suis ibidem intrandi et exiendi. Cuncte et integre iamdicte per finis indicate et mensurate quadtuor petie de terris que ut diximus vobis qui supra germani neapolitani ipse benumdedimus. Ad possessionem vestram et de vestris heredibus. Abendi et possidendi et faciendi exinde omnia que vobis placuerit. Simulque et benumdedimus vobis et aput vos remisimus integre quadtuor scriptionibus nostris que sunt continente predicte petie de terre prima ex ipse cartule est cartule que scripta est per sichebertum notarium roborata per adelmundus iudex et per auretio seu et per iaquintum et per marandi qui continet ipsa cartula tota prima petia de terra. Ipsa secunda cartula que scripta est per sichelfrit clerioum et notarium que continet tota secunda petia de terra roborata per adelmundus iudex et per pergolfus et per adoaldo et per landolfum. Ipsa tertia cartula que scripta est per petrus notarius que continet predicta tertia petia de terra. roborata per gariperto iudex. et per iohanne et per aldo. Quarta scriptio est cartula que scripta est per petrus clericus et notarius ".... liburie in plebe sancti donati que continet predicta quarta petia de terra roborata per martinus presbiter et per bebetanium et per iohanne presbiter et per petrus presbiter. Similiter ad possessionem vestram et de vestris heredibus abendi et possidendi et faciendi exinde omnia que vobis placuerit. Ita et ego sellecta relicta predicti summi et genitris predictorum iohannis et summi et filia quondam martini. Declaro me abere quartám partem in iamdictis per finis indicate et mensurate quadtuor petie de terre quem predictis filiis meis vobis qui supra germani superius benumdederunt et in iamdictis quadtuor scriptionibus que sunt cartule quem similiter predictis filiis meis vobis superius benumdederunt et aput vos remiserunt ut superius legitur pertinentes michi qui supra mulieris quartam ipsam exinde per illum meum scriptum morgincap legibus a predicto summo viro meo emisso quando me sibi in coniugio sociabit uxorem. quem oportet. et est michi qui supra mulieri quartam ipsam de omnia supradicta que prelegitur in integrum benumdari. et Ideo ego iam nominata sellecta commonente lege

feci notitia a garofali germani mei et petri nepoti mei qui sunt propinquiores parentibus meis. quibus una cum ipsis parentibus meis et cum predictis filiis meis pariter andabimus presentia iohanni iudici capuane cibitatis in cuius presentia diligenter fuit interrogata vel inquesitam ne fortasse ha predictis filiis meis haliqua factam habere biolentiam. quibus ego locuta sum dicendo nullam biolentiam patior set bona et spontanea mea boluntatem anc benditio fieri dixi bolo. et secundum lege me benditricem feci. Itcirco ego iam nominata sellecta tenentes mecum manibus suis predictis parentibus meis in anc cartula pro stabilitate et cum eorum notitia. quam et consentientes michi predictus iohannes et summo filiis et mundoalt meis in quorum mundium me legibus subiacere prebideor. Per anc chartulam secundum lege benumdedi vobis qui supra ligori et stefani neapolitani qui dicitur inferni integra iamdictam quartam partem meam de iamdicto per finis indicate et mensurate quadtuor petie de terre et de predictis quadtuor scriptionibus quod sunt chartule qualiter superius disimus et michi exinde est pertinentes ut diximus una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum omnibus intro se abentibus subter vel super et cum biis suis ibidem intrandi et exiendi. Cuncta et integra predicta quartam partem meam vobis qui supra germani exinde secundum legem benumdedi. Ad possessionem vestram et de vestris heredibus abendi et possidendi et faciendi exinde omnia que vobis placuerit. unde de omnia supradicta quem nos qui supra iohanne et summo et sellecta mater et filiis que vobis superius secundum lege benundedimus nobis nec uxori mee qui supra iohanne nec alii cuilibet exinde nullam reserbabimus. Set cunctum et integrum ipsos vobis qui supra germani benumdedimus sicut supra diximus. et per supradicta nostra benditione in presenti recepimus pretium nos qui supra germani a vos qui supra germani emtoribus nostris. Idest auro solidos vonos vizanteos triginta. et ego qui supra sellecta benditris per ipsa mea benditione similiter recepit pretium per consensum et boluntate dicti filii et mundoalt mei. Idest a vos qui supra germani auro solidos vonos vizanteos decem. Sicut inter nobis combenit finitum bero pretium. Ea etenim ratione quatenus ammodo et semper vos qui supra ligori et stefano germani et vestris heredibus firmiter abeatis et possideatis integra supradicta nostra benditione et faciatis exinde omnia que

vobis placuerit. et obligamus nos qui supra iohanne et summo et sellecta mater et filiis tamen ego qui supra mulier cum consensum et boluntatem supradicti filii et mundoalt mei unianimiter pariterque consensu nos et nostris heredibus vobis qui supra ligori et stefani et ad vestris heredibus integra supradicta nostra benditione defendere et antestare amodo et semper ha parte uxori mee qui supra iohanne et ab aliis omnibus ominibus ab omnique partibus a partibus nostre langobardorum. hostendente vos et vestris heredibus nobis nostrisque heredibus quantas vices a talis partibus ipsos defendere obligamus predictis quadtuor scriptionibus quod sunt cartule quem vobis superius benumdedimus et aput vos remisimus salbe in publicum iudicium ad relegendum et finem faciendum cum quo nobis necesse fuerit iusta ratione et post perfectam finem salbe ipse aput retineatis in supradicta ratione et quando volueritis vos qui supra germani et nostris heredibus ex predicta nostra benditione exinde auctori et defensori fieri. licentiam et potestatem habeatis inde auctori et defensori exere cum predicte chartule quem vobis superius venumdedi et cum ista emptionis chartula et cum aliis vestris et nostris rationibus amodo vel qualiter melius potueritis ut licentiam et potestatem abeatis vicibus nostris vel de nostris eredibus predicte chartule quem vobis superius venumdedi hostendere coram potestatibus et iudicibus sibe a partibus nostre langobardorum seu a partibus vestre neapolitanorum relegendum et fidem faciendum cum quo vobis necesse fuerit iusta ratione et quando volueritis vos et vestris eredibus quatenus debeamus vobis ipsos defendere et antestare a talis partibus in ipsa ratione ut superius legitur eo quod in tali ratione ipsos venundedimus. Si autem ipsos vobis a talis partibus defendi non potuerimus ut diximus primis nos et nostris eredibus vobis et ad vestris heredibus de colludio legibus vobis iurare obligamus et componamus vobis jam dictum pretium duplo et duplo per adpretiatum quod tota nostra benditione aput vos in edificio aut in quabis parte remelioratum paruerit. Nam si tum nos qui supra iohannes et summo et sellecta mater et filiis vel nostris heredibus anc benditionis cartulam aliquando per qualecumque ingenium disrumpere aut remobere quesierimus et si non vobis et at vestris heredibus exinde fecerimus et compleberimus ea omnia per ipsum ordine sicut superius legitur tunc supradicta dupla vobis componamus et iam dicta benditio integra potestatis

vestre admictamus ad semper abendam. et taliter nos qui supra iohannes et summo et sellecta mater et filiis tamen ego qui supra mulier una cum consensu et boluntate supradicti filii et mundoalt meis et cum notitia de predictis parentibus meis unianimiter pariterque consensum nos qui supra mater et filiis secundum lege fecimus et te gaidolfus discipulus iohannis notarii scribere rogabimus quem tu ipsos scripsistis per iussionem supradicti gloriosi principis. Capua

† ego qui supra iohannes index † ego maio † ego arehisi

CCLVIII.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno tricesimo nono: sed et constantino magno Imperatore anno tricesimosexto: die vicesima hoctaba mensis hoctobrii indictione duodecima neapolim: Certum est nos sergio calciolario: et petro subdiacono uterinis germanis filiis quondam sergii calciolarii: A presenti die promptissima voluntate venundedimus et tradidimus vobis petro et marino seu leone calciolario uterinis germanis filiis quondam gregorii calciolarii cui supra nomen petrulo postmodum vero monachi: Idest integras una petias de terras nostra que ponitur at anianum supra maranum et est intus clusuria: una cum arvoribus et introitum suum et omnibus sivi pertinentibus pertinentes nobis per memoratos genitori nostro: et coheret sivi de uno latere terra sellicta conjux tua memorato petro calciolario sicuti inter se duos termines exfinat. et de alio latere via publica qui venit de ipso loco anianum sicuti inter se sepis exfinat: de uno capite via publica sicuti inter se sepis exfinat: et ex alio capite coheret terra de illi baccarii seu et terra de illi de rectorium sicuti inter se egripus et sepis exfinat: seu venumdedimus et tradidimus vobis et portione nostra de puntiale commune posita in ipso vico at anianum et portione nostra de piscina comune que appellatur at orianum: una cum introitas suas et omnibus sivi pertinentibus: de qua nihil nobis exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in alienas personas commisimus aut iam committimus potestate: et a presenti die deinceps iam dictis omnibus memoratis ut super legitur a nobis vobis sit venumdatum et traditum in vestra vestrisque: heredibus sit potestate quidquid exinde facere volueritis liberum semper abeatis potestate: et neque a nobis memorato sergio calciolario et petro subdiacono uterinis germanis: neque a vestris heredibus vel a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vos memorato petro et marino seu leone calciolario uterinis germanis aut heredibus nostris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque. he- an. 998.

redibus exinde ab omni ommine omnique personis in omnibus antestare et defensare debeamus propter quod exinde accepimus a vobis idest auri tari viginti sicut inter nobis combenit: si autem nos aut heredibus nostris aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque: heredibus auri solidos trigintas bythianteos et ec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manum iohannis curialis per memorata indictione †

hoc signum † manus memorato sergio calciolario et petro subdiacono uterinis germanis quod ego pro eis subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego iohannes filius domini stefani rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego petrus filius domini basilii rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego iohannes filius domini sergii rogatus a suprascripta personas testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes Curialis Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCLIX.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore: anno tricesimo nono sed et constan- an.
tino frater eius magno imperatore: anno tricesimo sexto die quinta decima 999.
mensis iunii indictione duodecima neapoli: Merissi dibisionis facta a me pantaleone ferrario filium quondam petri et quondam maria qui marenda clamatur iugalibus de domos nostras: qui nobis pertinet per memoratis iugalibus genitoribus: nostris: posita intus: anc cibitatis: neapolis in bico qui nominatur de sanctum georgium: in diaconia: et in regione: forcellensi: quas dibidere bisus sum in tertiam parte inter me et te bidelicet gemma huterina germana mea: ego memorato pantaleo ferrario pro bice mea et pro bice et portione quidam...... germana nostra coniux presenti petri ferrarii cui a portione ego memorato pantaleo comparatam abeo memoratam domum posita in memorato bico iamdicti sancti georgii. De qua tetigit in memorata portione secunda pro memoratis............portionibus: me memorato pantaleone ferrario idest integra memorata domum: posita in memorato bico iamdicti sancti georgii qui nobis pertinet per memorato genitori nostro: una cum integra curte: ante se: quantum: at ipsa domum pertinet: et cum introitum suum per porta communale de ipsa domum et de aliis consortibus suis et omnibus sibi pertinentibus hunde at bice tetigit in portione primma pro memorata tertia te memorata gemma germana mea: idest integre tres petie de memoratam domum posita at forum: unde reliqua una portio: quod est quarta ex ipsa portione qui fuit memorata genitrice nostra tetigit quidem gregorio germano nostro de memorata una genitrice et de singulis genitoris: sicuti inter se inferius et superius signate exfinat hec vero portio secunda qui me memorato pantaleone tetigit pro memorate duabus portionibus: una cum inferioribus et superioribus haheribus et aspectibus suis et cum memorata curte quantum: at ipsa domum pertinet: et cum introitum suum per memorata porta communale sua et de aliis consortibus suis et omnibus sibi pertinentibus: Si quis autem de nos: vel de nostris heredibus quobis tempore contra anc merissi dibisionis ut super legitur benire presumpseris per se aut summissis personis: tunc componat

pars ipsius infidelis et suis heredibus: at partem fidem serbantis eiusque heredibus auri solidos triginta sex bythianteos et ec merissi dibisionis ut super legitur sit firma scripta per manu leoni curialis per memorata duodecima indictione hoc signum † manum memoratis germanis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego marinus filius domini stefani rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini stefani rogatus a suprascriptis germanis testi subscripsi †

† Ego mastalus primarius rogatus a memoratis germanis testi subscripsi †

† Ego leo Curialis Complevi et absolvi per memorata duodecima indictione †

CCLX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro basilio magno Imperatore anno quadragesimo: sed et Constantino frater eius magno imperatore anno tricesimo septimo die prima mensis septembrii indictione tertiadecima neapoli: Certum est me gititio filium quondam iohannis presbyteri de loco qui vocatur casolla massa balentianense: A presenti die promitto vobis domino petro venerabili abbati monasterii sancti gregorii qui dicitur de regionario et at cunta vestra congregatione monachorum vestrorum: propter integrum fundum qui ponitur in loco qui nominatur ciranum quod est iusta memorato loco casola iuris memorati sancti vestri monasterii: una cum sexuncias quod est medietatem de campum qui vocatur de illum lymenum ex ipso fundo pertinentes et est in uno tenentia cum memoratum fundum insimul una cum arboribus et fructoras suas et cum introitas earum et omnibus eis pertinentibus: coherente sibi at memoratum fundum ab uno latere est campum qui vocatur domnicum qui est de illi aurilii et ex alio latere via pubblica de uno capite est alia sexuncias de memoratum campum qui ego tenere bideor: quas vero memoratum integrum fundum una cum memoratas sexuncias de memoratum campum mihi meisque heredibus dedistis at responsaticum detinendum: In eo vero tinore ut in mea meisque: heredibus sint potestatem eos tenendi et dominandi seu laborandi et seminandi caucuminas et bites ibidem ponendi et plantandi ubi necessum fuerit et sicut iustum fuerit ut super nos per omni annuo inferius et superius recolligendi fruendi et comedendi et de ipsas refugias faciendi omnia que voluero unde nullam partes mihi meisque: heredibus exinde queratis aut tollatis per nullum modum tantummodo ego et heredes meis vobis vestrisque: hposteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde per omni annuo in sancte marie de augusto mense dare et atducere debeamus: Idest responsaticum triticum modia triginta et pro memoratum fundum tare unum bonum ipsum triticum bonum manducaturum siccum tractum et atductum usque: intus memorato vestro monasterio mensuratum at modium iustum capiente quarte decem at quarta iusta sine omni ammarica-

an. 999.

tione: et nullatenus presumetis vos aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio mihi meisque: heredibus illos tollere et a quabis personas iterum eos dare aut in vestra proprietatem illos recolligere per nullum modum dantes et persolbentes ego et heredes meis vobis vestrisque: posteris et in memorato vestro monasterio per omni annuo memoratum triticum cum memoratum tare in aurum ut super legitur et nec ego nec heredes meis nullatenus presumemus illos alicui venumdare aut cedere vel offrire aut infiduciare vel in pignus supponere per nullum modum: set quandoque ego et heredes meis vobis vestrisque: hposteris et in memorato vestro monasterio illos abrenuntiare voluerimus remelioratum licentiam abeamus et de memoratum fundum exire cum omnem nostra mobilias et substantias que abemus et paraberimus et cum casa et ligamen nostras preter sepis de giro in giro ipsum fundum et fructoras que inde non bersemus: et dum illos in hoc placito tenuerimus tu et posteris tuis mihi meisque: heredibus illos antestare et defensare debeatis ab omnis omines omnique personas quia ita nobis stetit: Si autem ego aut heredes meis aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis tibi tuisque? posteris auri solidos viginti bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis per memorata tertia decima indictione †

hoc signum † manus memorato gititio quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego marinus filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per memorata tertiadecima indictione †

CCLXI.

† In nomine domini *quinto anno* imperante domino aodoni serenissimi imperatoris augusti et primo anno principatus domini ademarii dux..... .... duodecima indictione. Ideoquem ego donatus famulo domini landolfi gratia domini comitis tianensis.............sicut mihi aptum et congruum est quam et cum licere et absolutione supradicti domini *landolfi* .... qui sum abitator in loco qui vocatur bia monda. per hanc chartulam benumdedi tibi uterini fratri filii cuiusdam stefani .... civitate neapoli. hoc est tres petie de terre mee.... .... et dicitur terra ipsa in campu de biaturi. prima ex ipse petie de terra....................millusi neapolitani. ex alio latere fine terra de filii maraldi kalendi abet per singula *latera* passos triginta et tres. unu capu tenet in subscripta secunda petia. et aliquantulum con.............aliu capu tenet in terra de suprascripti filii ciceni qui cognominatur magaritu. abet per singula *capita passos* tredecim. Secunda petia ibique coniunta que abet finis de unu latu fine terra............ et fine suprascripta terra maraldi kalendi et fine suprascripta prima petia. abet exinde in longum passos..............alio latere fine terra de filii landolfi guiselgardi et inde habet in longum passos quadraginta et.........aliu capu tenet in terra de suprascripti filii ciceni magariti et inde per trabersum abet passos triginta.... ....tenet in terra de filii petri giczi et fine terra anne filia quondam iohannis neapolitani et.................et nobem et gubitum unum et medium. Tertia petia esse bidetur in loco quatra pane..... ....terra ciceni armadocti neapolitani. aliu latu fine terra iohannis mundolinea................... latera in longum passos sexaginta tres. unu capu fine terra de filii domici et inde........................ et medium. aliu capu fine terra vestra qui supra germani emtori et inde per trabersum abet passos decem. *suprascripti vero passi* ad passo landoni seniori castaldi. mensuratum. Hec autem supradicte tres petie de terre quatenus *de fine* in fine indicate et mensurate sunt: una cum arbores et cum omnia ibi intra abentibus.................... et cum bie sue ibidem intrandi et exiendi. Cunte et integre eadem petie de.................

an. 999.

ligori et stefani neapolitani in integrum benumdedi ad possessionem vestram et de vestris..........et possidendi et faciendi exinde omnia que vobis placuerit. unde infra superius dicitur............... et iam dicte tres petie de terre que vobis superius benumdedi. nec mihi qui supra donati nec uxori............ exinde nullam reserbabi. set cuntum et integrum ipsos vobis benumdedi sicut supradiximus.....................
benditione manifestorum ego qui supra donatus benditor quia in presentis recepit pretium a vos.................neapolitani emtori mei Idest auri tari boni triginta septem sicut inter nobis combenit............ etenim ratione quatenus amodo et semper. vos qui supra germani et vestris heredibus firmiter abeatis. .. .. integra supradicta mea benditione et faciatis exinde omnia que vobis placuerit............. donatus una cum licere et bolumtate domini landolfi comitis domini mei me et meis.. ....ligori et stefani neapolitani et ad vestris heredibus integra supradicta mea benditione............. antestare semper a parte uxori mee et ab aliis omnibus hominibus ab omnique partibus. et...... vestros eredes bolueritis exinde essere auctores et defensores licentiam et potestatem.......vobis exinde essere auctores et defensores cum ista emtionis carta. et cum aliis vestris rationibus vel qualiter melius potueritis et bolueritis bicibus nostris et de nostris heredibus quia in tali ratione benumdedi et ita combenit inter nobis. Si autem ipsos vobis defendi non potuerimus ut diximus primis......... heredibus vobis et ad vestris heredibus de colludio legibus iurare obligamus et componamus vobis............. duplum et duplo per appretiatum quod supradicta mea benditio aput vos in edificiis aut...... ..crebi totu et remelioratum paruerit. Nam si ego qui supra donatus aut .... hanc benditionis cartam. de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere quesierimus. et si non vobis defensaberimus. et non vobis compleberimus............ ut super legitur. tunc et suprascripta, dupla vobis componamus et omnia suprascripta vobis percompleamus *benditio* ista integra potestatis vestre committamus ad semper abendam. et taliter ego qui supra benditor qualiter mihi congruum fui cum licere et bolumtate supradicti domini *landolfi secundum* lege feci et te iohanne notario scribere rogabi; Capua † ego armandus iudex

† ego antimi clericus et scriba

CCLXII.

✝ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi vicesimo secundo anno consulatus domini iohanni et nono anno consulatus domini iohanni eius filius mense hoctuber indictione quartadecima gaieta. Et ideo nos maru honesta femina. relicta quondam domino leone bone memorie bancrese habitatori gaietane civitatis. Constat me hab odierna die het in omnem phuturum tempus huna mecum adesse et cosentientes homnes filios meos vendidissemus adque vendidimus tradidissemus adque tradidimus propria expontaneaque nostra bolumtatem. vobis quoque iohannes et domne ila iugalibus nepotis nostris et filius quondam domino stefano mancanella, bone memorie habitatoris istius predicte civitatis: Idest vendimus et tradimus vobis a die presentis tota et inclita nostra portiones qui sunt uncie due quod abere visa sumus in toto casale qui dicitur mallianum cum viis et anditis suis intrandi exeundi et cum sepe et limitibus suis et cum arboribus et pascue sue. et cum omnia quantum hodiem ibidem natum avet vel in antea nascere videtur et cum omnia sivi pertinentibus hut in vestra et de vestris heredibus permaneat potestates. insuper promittimus nos qui supra maru honesta femina huna cum omnes filios meos vel nostris heredibus vobis supradictis iohannes et domne ila iugalibus vel vestris heredibus supradicta tota et inclita nostra portiones que sunt uncie due de toto casale mallianum quod vobis venumdedimus et tradidimus cum omnia sivi pertinentibus stare omni tempore et defendere da omni persona humana pro eo quod recepimus a vobis exinde in omnem deliverationes et in definito pretium bonum nobis placaviles hargentum pesantes uncias septem et modia. in eo vero tenore ut amodo et usque in sempiternum supradicte uncie due que est nostra portiones de totum kasale mallianum quod vobis venumdedimus et tradidimus cum omnia sivi pertinentibus in vestra et de vestris heredibus sit potestates. hunde tribuimus vobis licentiam et potestatem abendi fruendi possidendi donandi commutandi alienandi vestrisque heredibus relinquendi etiam vendendi vel quocumque exinde facere iudicareque bolueritis sicut superius legitur in vestra et de vestris heredibus permaneat potestates. Et neque a me qui supra maru neque ad ipsi filii mei neque a

an. 1000.

nostris heredibus neque a nullus hominibus non avevitis querellam vel calumnia vos supradicti iohannes et domne ila iugalibus nepotibus nostris neque vestris heredibus in sempiternum. verum etiam quod absit et abertas divinitas quod sive nos qui supra maru vel nostris heredibus sive qualivet homo contra hanc nostra venditionis seu promissionis defensionis contrarie aliqua exinde agere boluerimus componere nos promittimus sive nostris heredibus vobis vestrisque heredibus pene nomine auri euriti uncias sex et post soluta pena ec nostra venditio seu promissio defensionis firma permaneat in perpetuum. scripta per rogos nostros a lordemanno archidiacono sancte gaietane ecclesie et scriva supradicte civitatis in mense et *indictione* supradicta quartadecima. † signum manus supradicta maru cum filios suos qui scrivere rogavit

† ego bonus filio filioti

† ego leo filio constantinum

† signum manus de cigiles filio quondam gregorio

† ego lordemanno archidiacono sancte gaietane ecclesie complevi *et* absolvi in mense et indictione supradicta quartadecima.

FINIS.